

cialis inviolabiliter teneant et observent. Si *qui* (Márg.—G. *quís*) vero de praedictis rectoribus, Vicariis, Cappellanis vel eorum locum tenentibus recepto mandato sui Dioecésani, vel eius officialis praesentes et aliorum praedecessorum nostrorum constitutiones *neglexerint* (Márg. G. *neglexerit*) observare, ad sui Episcopi vel eius officialis arbitrium puniantur, et nichilominus teneantur restituere illi qui petit justitiam, omnes expensas *quas* (Márg. Ger. *eundo et redeundo*) redeundo propter hoc ad Dioecésanum fecerunt. (Márg. Ger. *add. per juramentum praemissa taxatione Dioecésani probaverit se fecisse: et ad hoc per Dioecésanum Episcopum compellatur*. Dioecésanus vero etc.) Dioecésanus vero qui circa correctionem praedictorum subditorum, qui super praedictis suum mandatum vel officialis sui neglexerit adimplere, vel circa observationem praedictarum constitutionum negligens repertus fuerit vel remissus, iram et indignationem Omnipotentis Dei, et Beatae Teclae incurrat, puniendus nichilominus ad arbitrium Provincialis Concilii quod in Ecclesia Tarraconensi contigerit in posterum celebrari. Praedicti vero Frater A. de Castro-novo Magister Militiae Templi, et Frater Br. de Almanaria tenens locum Magistri ultra-marini in Castellania Empostae assistentes et praesentes in sacro sancto Concilio memorato, praesentibus praedictis Domino Archiepiscopo, Episcopis, et Procuratoribus ante dictis, promiserunt quod tempore generalis Interdicti non pulsabunt companas ad horas, nec admittent excommunicatos vel Interdictos, et celebrabunt submissa voce januis clausis.

6. *Contra diffidentes Clericos.*

Item sacro sancto approbante Concilio addimus constitutioni OLIM editae per Dominum P. bonae memoriae praedecessorem nostrum contra illos qui clericos diffidarent, quod si aliquis temeritate propria diffidaverit, sive acindaverit seu acindari fecerit aliquas personas religiosas Tarraconensis Provinciae fatiga juris in Dioecésano in cuius Dioecési supradictae personae religiosae morentur primitus non inventa ipsum ex tunc recepta per praedictum Dioecésanum ab ipsis personis de parendo juri idonea cautione, si monitus diffidationem non relaxaverit, decernimus excommunicationis sententiae subjacere, et per ipsum Dioecésanum aut rectorem loci illius, ubi ipse diffidator fuerit, excommunicatus denuntietur, et tanquam excommunicatus ab omnibus evitetur.

7. *Contra mulieres Christianas morantes cum judaeis.*

Statuimus etiam sacro Concilio approbante quod nulla mulier alicuius loci Provinciae Tarraconensis audeat habitare cum judaeis, aut filios, aut filias eorum nutrire, seu lactare. Et quaecumque contra huiusmodi inhibitionem nostram, post quam monita super hoc fuerit, praesumpserit facere supradicta, decernimus eam, vel eas ex tunc excommunicationis sententiae subjacere ita videlicet quod cum illud Dioecésano, aut rectori loci illius ubi mulieres super hoc culpabiles inventae fuerint, extiterit nuntiatum per jam dictum Dioecésanum, aut rectorem, ipsae mulieres excommunicatae nuntientur, et tanquam excommunicatas ab omnibus faciant evitari. Et ne ipsae mulieres de facili in excommunicationis laqueum incidere valeant ipso facto, volumus et mandamus quod praesens constitutio per Dioecésanum, aut *rectorem* (Márg. Ger. *rectores*) locorum in quibus judaei morantur, semel annis singulis publicetur.

8. *De publicatione Constitutionum.*

Ut autem praedictae Constitutiones ad notitiam perveniant singulorum, mandamus omnibus Episcopis suffraganeis nostris, quod in Synodis suis praedictas faciant publice nuntiari.

CONCILIO DE TARRAGONA

HACIA EL AÑO 1284.

En un códice de la Santa iglesia de Gerona, y en otro de la colegiata de S. Felix de la misma ciudad, se hallan dos constituciones del segundo concilio provincial Tarraconense de D. Bernardo de Olivella. No tienen fecha, y por ello ignoramos cuando se convocó; y si hemos puesto que fue hacia 1284, es porque le creemos posterior el de 1282: pues aunque solo se titula segundo de los de este prelado; ya hemos dicho que opinamos que el de 1273 y 1282 son uno é idéntico; y el manuscrito dice que este es el segundo. En esta numeracion no podemos comprender el de 1279.

En la primera de las constituciones trata de remediar el abuso que cometian algunos canónigos confiriendo las capellanías que canónicamente habian adquirido con colacion de sus obispos á otros á su arbitrio, siendo este proceder contrario á derecho: la segunda manda que se celebre como dia festivo el de Santa Tecla, sin que pueda en él trabajarse. Esta constitucion es reproduccion de otra antigua.

De Cappellaniis.

Intelleximus in quibusdam partibus dictae Provinciae abusum pravae consuetudinis subintrasse, quod cum canonici ex collationibus suorum Episcoporum Cappellaniis sunt adepti, ipsi canonici easdem Cappellaniis aliis pro voluntate sua conferunt et assignant: cum autem hoc impossibile sit de jure, statuimus ut praedictarum cappellaniarum collationes per dictos canonicos qui eas a suis Episcopis canonice habuerint, nullatenus de coetero attemptentur. Quod si contra factum fuerit, id decernimus irritum et inane.

De observatione festivitatis Beatae Teclae.

Coeterum quia Ecclesia Terrachonae quae caput et mater existit totius Provinciae Terrachonae sub invocatione et titulo Beatissimae Teclae virginis et martyris est constructa, propter quod ad invocationem et venerationem eiusdem omnes et singuli de praedicta Provincia spetialiter astringuntur; constitutiones praedecessorum nostrorum super hoc editas innovantes volumus, ac universis et singulis suffraganeis nostris in virtute sanctae obedientiae firmiter dicimus et mandamus quatinus observent constitutiones editas in sacro Concilio Terrachonae super observatione festivitatis Beatae Teclae Virginis supradictae, videlicet, ut festum Beatae Teclae Virginis et martyris quae IV. Kalendas octobris festivari intitulumur per suas civitates et Dioecesim in abstinentia cuiuslibet servilis operis faciant celebrari.

CONCILIO DE VALLADOLID

DEL AÑO 1291.

No tendríamos noticia de este concilio sino fuera por la convocatoria que insertamos de D. Gonzalo García Gudiel, arzobispo de Toledo; pues ningun colector le menciona, ni se han podido hallar sus actas. En el mismo manuscrito de donde hemos sacado estas noticias se leen ademas otras dos convocatorias iguales. El objeto fue para tratar del asunto de la Tierra santa y cuanto le concernia; y dar en seguida parte al Pontífice de lo acordado. La convocatoria se espidió en Alcalá de Henares, el dia 6 de enero, para el 20 de abril.

CARTA CONVOCATORIA DEL ARZOBISPO DE TOLEDO D. GONZALO GARCÍA GUDIEL AL CONCILIO PROVINCIAL QUE SE HABIA DE CELEBRAR EN VALLADOLID Á 20 DE ABRIL.

Gundissalvus Dei gratia (a) Toletanae sedis archiepiscopus, Hispaniarum primas ac regni Castellae cancellarius super celebrando generali concilio cum praelatis, tam religiosis, quam secularibus, tam exemptis, quam non exemptis, tam capitulis, quam conventibus universis cujuscumque ordinis, provinciae Toletanae executor a Sede apostolica deputatus. Venerabili in Christo fratri Domino Ferrando eodem episcopo Legionensi ac discretis viris abbatibus, prioribus, decanis, praepositis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis, capitulis et conventibus universis cujuscumque ordinis Legionensis civitatis et diocesis, salutem, et mandatis apostolicis obedire. Noveritis nos recepisse litteras Sanctissimi Patris Domini Nicolai Papae Quarti sub hae forma.

(Aqui inseria la primera bula de Nicolao, que despues de la salutacion empieza: *Dirae amaritudinis calicem nuper nobis* etc. la cual se halla en I. S. 1. 2. del archivo de la Santa iglesia de Toledo.)

Item recepimus alias sanctissimi Patris litteras in haec verba.

(Aqui inserta la segunda bula de Nicolao, que despues de la salutacion empieza: *Inter cetera*; copiada tambien del original y notada como la anterior.)

Volentes ergo mandatis apostolicis obedire humiliter ut debemus, et quod praedictis litteris nobis injungitur exequi reverenter; consideratis et diligenter quae in dictis litteris continentur super eisdem juxta receptum mandatum provinciale concilium XII. Kalendas maii apud Vallemoletum decrevimus celebrandum. Quod in vestram notitiam deducentes universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente vobis auctoritate nobis in hac parte commissa in virtute obedientiae ac nichilo minus vobis Domine Episcopo et Praelati ceteri, tam regulares quam seculares, tam exempti quam non exempti, Legionensis civitatis et diocesis sub poena sententiae suspensionis, quam eadem auctoritate ex nunc ut ex tunc in vos ferimus, si mandatum nostrum, imo verius apostolicum, in hac parte

(a) De la Santa Iglesia de Toledo. En pergamino de tres palmos en cuadro, letra de privilegios. Tuvo sello de que hay señal en los agujeros.

neglexeritis adimplere, districte praecipiendo mandantes quatinus memorato Concilio in dictis loco et tempore intersitis. Ut ibidem nos et vos juxta formam mandati apostolici convenientes in unum cum ceteris qui eodem concilio Deo disponente convenient super negotio Terrae Sanctae et aliis negotium ipsum tangentibus super quibus per easdem litteras deliberatio nobis ac vobis ac ceteris in dicto Concilio congregatis injungitur tractare sollicite ac deliberare possimus. Et quod super *praemissis* deliberatum fuerit in ipso Concilio Domino nostro Summo Pontifici per viros idoneos, providos et discretos ac sufficienter instructos, et a nobis universis in eodem concilio congregatis plenum mandatum habentes super praemissis etiam faciendi quae nos ipsi praesentes, facere valeremus juxta mandatum nobis traditum quantocius intinere. Vobis autem Domine episcopo praedicta auctoritate praecipiendo mandamus quatinus hujusmodi nostrum mandatum imo verius apostolicum, illis quibus praesens littera nostra dirigitur quantocius notificare curetis. Datum apud Alcalam VIII idus Januarii anno Domini 1291 (a).

PARA EL CONCILIO TARRACONENSE

DEL AÑO 1293 (EN LERIDA.)

Las noticias que dimos en la pág. 419 de este concilio nos las suministró, como ya digimos, nuestro difunto amigo el Sr. D. Pedro Sainz de Baranda. Ahora tenemos que añadir á las tres constituciones otra: la que se encuentra, con las tres ya impresas, en el código *Barchin. apud Agustinian.* y en otro de Gerona, con algunas variantes de poca importancia. La que ponemos ocupa en los citados códigos el primer lugar: Dice así:

1. *De praesentatis ad beneficia per potentiam Magnatum.*

Dum antiqui provide patres, et sacri canones, in promotionibus, seu electionibus prospexerunt, meritum videlicet personarum et promotionis modum licitum et honestum, ut si tantum quibus morum honestas ac donum scientiae suffragantur, absque simoniae suspicione, alteriusque pravitalis vitio ad ecclesiastica beneficia assumantur. Non nulli vero de propriis meritis et sufficientia diffidentes, et ecclesiastica beneficia illicite ambientes promissionibus ac muneribus litteras preces illicitas vel compulsivas, ac minas principum et magnatum, ac aliorum dominorum obtinent ad patronos seu praelatos vel alios ad quos libera facultas pertinet praesentandi, sed etiam beneficia conferendi, ut tales indignos et insufficientes omnino velint nolint habeant praesentare, aut eisdem beneficia conferre. Unde Nos Rudericus, provisione divina sanctae Terrachonensis ecclesiae archiepiscopus hujusmodi malitiis et excessibus cupientes, prout dignitatis nostrae officio congruit obviare, sacro approbante concilio statuendo decernimus, quod clerici, cujuscumque ordinis, conditionis aut status existant, qui per principum et Magnatum ac aliorum dominorum potentiam sese per patronos ad ecclesiastica beneficia procuraverint praesentare, seu eadem sibi conferri, vel ut praesententur, seu alias eisdem confirmentur per talem potentiam sive impressionem litteras, nuntium vel mandatum impetraverint, vel impetrare fecerint, seu tali praesentationi consenserint, vel ratam habuerint quoquo modo sententiam excommunicationis et suspensionis officii et beneficiis se incurrere noverint eo ipso.

(a) Hay otras dos convocatorias en un todo conformes á los obispos de Palencia y Búrgos.



PARA EL CONCILIO DE TARRAGONA

DE 1294.

Et ut praedictorum (a) malitiis obvietur, et ecclesiae debitis servitiis non fraudentur, ac vagandi et dissolutionis materia subtrahatur, statuimus ne aliqua praedictarum personarum ecclesiarum, quae in sacris ordinibus sit vel fuerit constituta, vel beneficium ecclesiasticum obtinens, vel religiosa, praesumat sequi continue vel quasi continue aliquam curiam saecularem, sic quod sit de familia sua, victum seu stipendium recipiat ab eadem, nisi sui praelati vel superioris cum consilio et assensu sui capituli, seu conventus, vel majoris partis ejusdem, licentia prius habita et obtenta; si quis vero horum temerarius violator extiterit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto. Episcopos vero propter praerogativam pontificalis officii ligari nolumus hac sententia superius ultimo lata, sed nichilominus, quae nobis Archiepiscopo, vel successoribus nostris super his petere licentiam teneantur.

CONCILIO DE TARRAGONA

DEL AÑO 1305.

Don Rodrigo de Tello, arzobispo de esta ciudad, convocó este concilio, cuarto y último de su pontificado, el día 22 de febrero. Casi nada habían dicho de él los colectores; pero se conservaba su memoria en tres códigos; uno, de la Santa iglesia de Gerona, otro, del archivo de la Colegiata de S. Félix, de la misma ciudad; y otro, del *Código Barchin. apud Agustinian.* Las tres primeras constituciones están copiadas de este último con las variantes del Gerundense; y las cinco restantes, de este y del de S. Félix. Aunque aquí las numeramos; sin embargo, en los códigos mencionados no se halla tal division. Ignoramos tambien los PP. que concurrieron. Véase en el tomo III la página 446; donde apenas dijimos nada de este concilio, que hoy damos tan mejorado

1. *De executione testamentorum et relictorum ad pias causas, et restitutione usurarum.*

Periculosae (b) negligentiae, perversaeque heredum malitiae defunctorum, et eorumdem ultimarum voluntatum executorum occurrere cupientes, ut piae defunctorum voluntates effectum debitum

(a) Tomada de un código de Barcelona. Es una adición a la constitucion primera, tomo III, pág. 422.

(b) Es la XIII y XIV del año 1291.

sortirentur (Márg. Ger. *sortiantur*), Nos Rodericus, divina miseratione sanctae Terraconensis Ecclesiae Archiepiscopus, sacro approbante Concilio statuimus, ut tam Nos et successores nostri, quam venerabiles Fratres nostri Episcopi Provinciae Terraconensis, et eorum successores visitationis officium exercentes, et alias quaecumque nobis, vel eis videbitur expedire, possimus maxime super executionibus testamentorum, et potissime circa relicta ad pias causas inquirere, et procedere ex mero et puro officio absque libelli oblatione, et litis contestatione, ac absque strepitu et figura iudicii, simpliciter et de plano ipsaque negotia veritate cognita, decidentes voluntates ultimas defunctorum executioni debitae demandare; cum nihil tantum hominibus debeatur quam ut stremae voluntatis liber sit stilus, et liberum quod postea non reddit arbitrium. Eademque possit forma servari super usurarum restitutionibus faciendis. Et *cum* (Márg. Ger. *et licet*) haec fuissent jam a jure provisae, volumus quod praesens statutum non tantum futura negotia, *sed* (Márg. Ger. *sed etiam*) praeterita, et adhuc pendentia amplectatur.

2. *Contra transferentes Clericum ad alia loca captum.*

Si clericus indebite captus per Judicem saecularem transferatur tempore interdicti ad alium locum in fraudem constitutionis Terrachonae, nichilominus observabitur constitutio Terraconensis. Et idem servetur de aliis quorum occasione servatur constitutio, si recesserint animo redeundi eodem die ad locum, ubi constitutio servabatur. Item quod quilibet Episcoporum per omnes modos et poenas quas poterit, prohibeat in sua Diocesi, ne tempore Interdicti sepeliantur in cimiteriis corpora defunctorum. Item quod Templarii, et Hospitalarii, et alii religiosi habentes temporalia, requirantur per singulas Dioceses si volunt gaudere constitutionibus Terrachonensibus; et si dicant quod sic, mandetur eis quod eas observent in se ipsis si inciderint in easdem, alias non observentur eiusdem (Márg. *sic.*)

3. *Contra facientes conspirationes, vel libellos in Clero.*

Conspiratorum genus odibile cupientes a perversitate huiusmodi cohercere, sacro approbante Concilio excommunicamus omnes conspiratores, et colligationes illicitas facientes in Clero, et contra constitutos in Clero. Sententiam autem huiusmodi ad praeterita duximus extendendam, nisi infra mensem a tempore scientiae quis conspirationem, et alligationem huiusmodi pro posse duxerit revocandas. Simili sententiae innodamus omnes illos qui contra constitutos in Clero libellos famosos composuerint, et qui componi fecerint, et qui compositos inventos non ruperint sine mora.

4. *Contra celantes instrumenta Ecclesiae Terrachonae.*

Quoniam Pontificalem decet solertiam rerum Ecclesiasticarum ita curam gerere et subiectorum commoda investigare, ut ecclesiastica libertas incorrupta persistat, et singulorum status pariter servetur illesus, idcirco nos Rodericus divina miseratione Sanctae Terraconensis Ecclesiae Archiepiscopus in praefata Ecclesia Sacrum Provinciale Concilium celebrantes, callidis quorundam machinationibus obviantes, qui privilegia, instrumenta et alia ecclesiastica munimenta ad nos et nostram Terraconensem Ecclesiam pertinentia, reddere et restituere contradicunt, sacri approbatione Concilii statuimus quod quaecumque persona religiosa vel saecularis cuiuscumque gradus seu conditionis existat de caetero fraudulenter celare vel suppressere praesumpserit huiusmodi privilegia, instrumenta, vel aliqua ecclesiastica munimenta infra spatium XV dierum postquam sciverit ea ad nos et nostram Terrachonensem Ecclesiam pertinere, ea nobis reddere seu restituere malitiose contempserit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto, a qua absolvi non possit, nisi prius satisfecerit de praedictis.

5. *Quod Abbates et Priores et alii Praelati Ecclesiarum collegiatarum Provinciae Terraconae veniant ad Concilium.*

Item cum aliqui Abbates, Priores et alii Praelati Collegiatarum Ecclesiarum nostrae Provinciae Terraconae non venerint ad praesens Concilium, licet per nostras litteras mandatum fuerit Vene-

rabilibus fratribus Episcopis suffraganeis nostris, quod praedictis Abbatibus, Prioribus et Praelatis praecipere, ut ad praesens Concilium venirent, idcirco praecipimus praefatis Episcopis in virtute sanctae obedientiae quatinus de caetero praedictos Abbates, Priores et Praelatos in suis Dioecibus constitutos compellant venire ad alia concilia quae per nos vel successores nostros celebranda fuerint, Domino annuente. Illos vero qui ad praedicta concilia non venerint juvari nolumus constitutionibus quae in praedictis conciliis fuerint celebratae; nisi quod venire non possint impedimentis canonicis fuerint impediti, vel iustas causas ostenderit quibus ad praedicta concilia venire minime teneantur. Contradixerunt Episcopus Gerundensis et Procuratores Capituli Gerundensis, asserentes praedictos non teneri venire de jure vel consuetudine ad concilium supradictum.

6. *De usurpantibus jurisdictionem Episcoporum.*

Item cum nonnulli Abbates et Praelati Provinciae Terraconae usurpando jurisdictionem Episcoporum Provinciae Terraconae Clericos ordinandos praesentent per suas litteras aliis Episcopis, Episcoporum ad quos pertinet dictorum Clericorum ordinatio licentia minime requisita, cognoscant etiam seu cognosci faciant de causis matrimonialibus in Civitatibus et Dioecibus praedictorum Episcoporum, et alias usurpent ipsorum Episcoporum jurisdictionem, aliaque faciant quae ad ordinem Pontificalem pertinere noscuntur, mandamus universis Episcopis suffraganeis nostris quod ad praesentationem dictorum Abbatum vel inferiorum Praelatorum nullum Clericum ordinent, donec fidem fecerint quod ex privilegio Sedis apostolicae hoc sibi specialiter sit indultum, et quod sententias excommunicationis per ipsos Episcopos vel eorum officiales latis et ferendas contra impediens jurisdictionem ipsorum Episcoporum observent et faciant inviolabiliter observari.

7. *Quod tempore interdicti non sepeliantur corpora defunctorum.*

Item quod quilibet Episcoporum per omnes modos et poenas quas poterit, prohibeat in sua Dioecesi, ne tempore interdicti sepeliantur in cimeterio corpora defunctorum.

8. *Quod non observantes constitutiones eisdem minime gaudeant.*

Item quod Hospitalarii et Templarii et alii religiosi habentes temporalia requirantur per singulas Dioeceses si volunt gaudere Constitutionibus Terrachonae; et si dicant quod sic, mandetur eis quod eas observent in seipsis si incidant in easdem. Alias non serventur eisdem.

CONCILIO DE TARRAGONA

DEL AÑO 1307.

Mucho mas estensas son las noticias que aquí damos de este concilio que las estampadas en la pàg. 447 del tomo III, pues entonces solo conocíamos la sustancia de la mitad de una de sus constituciones; y aquí damos íntegras las cuatro de que se debió componer, y hasta podemos señalar el dia, que fue á 5 de febrero. Los dos primeros cánones se hallan en un código Gerundense y en el Barcelones *apud Agustinian.* y las dos últimas solo en el primero. Son de mucho interes; y por eso las damos como estan en el original y tambien traducidas. En este concilio, como en todos los de estas fechas, corregimos algunos barbarismos, dejando otros, porque su ortografía en toda España era entonces la misma. Estos cánones, tan eruditos y políticos á la vez, deberian es-
ponerse convenientemente sino se hallaran tan bien razonados.

1. *Ut qui convertuntur ad fidem non excludantur a successione.*

Quoniam omnes Christi fideles, et qui gloriantur nomine Christiano, quaecumque a sanctis Patribus in Synodis et in Conciliis sunt statuta, et per sanctam Romanam Ecclesiam approbata, a cuius regula nemini est licitum discrepare, cum sit omnium capud et cardo, et fundata sit supra petram fidei, eique terreni simul et coelestis imperii redemptor humani generis jura comisit, servare tenentur, et si quid ex hiis quae sic statuta et approbata existunt ex neglectu vel incuria fuerit hactenus minime totaliter observatum, quia contra statuta Sanctorum Patrum, et quae Catholica defendit Ecclesia, non est alicui licitum aliquid immutari: Id circo Nos Guillelmus miseratione divina Sanctae Matris Terrachonensis Ecclesiae Archiepiscopus, totumque Concilium Terrachonae, attendentes quod ad illicitorum correctionem, et bonorum exortationem sunt Episcoporum concilia congreganda, quia ad nostram et totius Concilii pervenit notitiam, statutum sacri Lateranensis Concilii quod inter coetera cavetur, ut infideles qui Dei inspiratione convertuntur ad fidem, cum melioris conditionis esse debeant, quam si in secta remanerent dampnosa, a possessionibus suis et a propinquorum suorum successione minime excludantur; in aliquibus tamen partibus Provinciae Terrachonae non sine Dei contemptu in detrimentum fidei, cum plures hac de causa, licet fieri non deberet, fidem dimittant recipere orthodoxam, ne dum a dominis temporalibus, sed quod indecentius est, a religiosis aliquibus non servari. Et cum in hac Provincia plures sint judei et sarraceni quam forte in aliqua Provincia citra mare, ut infidelium decrescat numerus, et fidelium augmentetur, quod generaliter fuerat statutum, specialiter in nostra Provincia innovantes, statuimus praedictum statutum in eadem ab omnibus custodiri. Et quia in dicto Concilio sub poena excommunicationis locorum dominis ubi hoc contigerit est injunctum, ut talibus ad fidem conversis bona sua et portionem haereditatis obvenientes eisdem faciant ex integro exhiberi, praecipimus ut omnes Episcopi in suis Civitatibus et Diocessibus in Ecclesiis Parrochialibus, dum divina celebrantur officia diebus Dominicis faciant per rectores vel vicarios publicari, et materna lingua exponi; monentes omnes et singulos eorum Parrochianos sub poena praedicta, ne aliquid contra praedictum statutum, seu concilium attemptent, seu attemptari permittant; immo illud observent totaliter, et quantum in eis fuerit faciant observari.

1. *Que á los conversos no se les escluya de la sucesion.*

Como que estan obligados todos los fieles á Cristo, y cuantos blasonan de cristianos, á observar lo ordenado por los Santos PP. en los sínodos y concilios. y ha sido ademas aprobado por la Santa Iglesia Romana, de cuya regla á nadie es lícito separarse, puesto que es la cabeza y quicial, y sus fundamentos estriban en la piedra de la fe, y á ella encargó los derechos del terrestre y celeste imperio el Redentor del genero humano; y como cualquiera cosa de lo asi establecido y aprobado, no es lícito á nadie mudar, ni por desprecio ó injuria dejar de observarlo por completo, como hasta hoy ha sucedido, puesto que va contra los estatutos de los Santos PP. y contra lo que defiende la Iglesia católica: Por lo tanto, Nos, Guillermo, por la divina misericordia, arzobispo de la Santa Iglesia matriz de Tarragona, y todo el concilio de esta provincia; considerando que para correccion de cosas ilicitas y exhortacion á las buenas, deben congregarse los concilios de obispos; y habiendo llegado á nuestra noticia y á la de todo el concilio que ni los señores temporales, y lo que es mas indecente, ni algunos religiosos observan el estatuto del sagrado concilio Lateranense, en el que, entre otras cosas se previene, que los infieles que por inspiracion divina se convierten á la fe, debiendo ser de mejor condicion que si permaneciesen en la secta reprobada, no deben ser excluidos de sus posesiones ni de la sucesion de los parientes, en algunas partes de la provincia Tarraconense, en desprecio de Dios y detrimento de la fe, puesto que muchos, aunque no debiera ser así, dejan de admitir la fe ortodoxa. Y habiendo en esta provincia mas judíos y sarracenos acaso que en ninguna otra de esta parte del mar; á fin de que disminuya su número y aumente el de los fieles, renovando lo que generalmente se habia establecido en especial en nuestra provincia, establecemos que el canon de Letran sea en la misma observado por todos. Y como que en el citado concilio se mandó bajo pena de excomunion á los señores locales donde esto sucediere, que á los tales convertidos á la fe hagan que se les entreguen íntegramente sus bienes y la porcion de herencia que les corresponda de sus parientes, mandamos que todos los obispos en sus ciudades y diócesis hagan que en las parroquias, mientras la celebracion de los divinos officios en los domingos, sus rectores ó vicarios lo publiquen, y que se espongan en lengua materna, amonestando á todos y á cada uno de sus feligreses; bajo la espresada pena, que nada obren ni permitan contra el espresado estatuto ó con-

cilio, sino que por el contrario le observen totalmente, y en cuanto esté de su parte hagan que los demas le cumplan.

2. *Contra judeos medicos.*

Ad haec cum in sancta sexta synodo per sanctos Patres ibidem congregatos in'er caetera sit statutum quod nullus clericus sive laycus in suis infirmitatibus Judeum in Medicum advocet, seu medicinam recipiat ab eodem, quod si laycus contra fecerit excommunicetur, si Clericus depnatur: mandamus in hoc publicari et exponi, ac super praedicta poena moneri sicut superius est jam dictum, ut hoc observent omnino, nec contrarium audeant attemptare. Cum in generali concilio jam dudum fuerit statutum, ut Medici corporum cum ad curandos huiusmodi infirmos fuerint evocati, ipsos infirmos ante omnia moneant, et inducant, ut medicum animarum ad se vocent, eisque sua confiteantur peccata, ut sicut animae salute recepta citius a languore corporis consequantur remedium, cum ipsa corporalis infirmitas veniat saepius ex peccato: vel forte si aliud Deus ordinaret de ipsis vitam aeternam mereantur habere. Et si praedicta Medicus neglexerit, ei Ecclesiae inhibeat ingressus: dici et exponi debet sub poena praedicta et excommunicatione publicari ac denuntiari mandamus, ut in superioribus est praemisum.

Cod. cur. Epalis. haec addit.

3. *Contra rectores Ecclesiarum non celebrantes.*

Plerique parrochialium Ecclesiarum rectores Provinciae Terrachonae quamvis metu poenae, cum alias essent privati eisdem Ecclesiis ipso jure diu est ad sacerdotium promoti fuerint infra tempus a canonibus prefinitum, numquam tamen Missam in ipsis Ecclesiis vel alibi celebrarunt, nec quod celebrare non possent impedimentum aliquod allegarunt fraudem predictis canonibus facientes qui pro celebranda Missa statuerunt principaliter eos deberi ad sacerdotium promoveri; nec attendentes naturae et rationi esse consonum illos non recusare onera, qui rerum comodo amplectuntur: Idcirco Nos Guillelmus miseratione divina Archiepiscopus Terrachonae, aput Terrachonam Provinciale Concilium celebrantes statuimus eodem concilio approbante quod omnes predicti rectores ad sacerdotium jam promoti, Missam celebrent infra tres menses proxime subsequentes. Et qui de coetero ad sacerdotium promovebuntur, infra alios tres menses a tempore quo promoti fuerint computandos; alioquin a receptione fructuum dictarum Ecclesiarum, qui per ordinarios in Ecclesiarum ipsarum necessariis convertantur, auctoritate praesentis statuti noverint se suspensos, nisi justo impedimento

2. *Contra los médicos judíos.*

Habiéndose mandado, entre otras cosas, por los PP. reunidos en el sexto concilio, que ningún clérigo ni lego llame en sus enfermedades á médico judío, ni de él reciba medicina, y que si el contraventor es lego, será escomulgado, y si clérigo depuesto, mandamos que en este se publique y esponga continuando la misma pena, á fin de que se absolve por completo sin que se atreva nadie á infringirle. Y habiéndose ya hace tiempo establecido en el concilio general, que cuando se llame á los médicos de los cuerpos amonesten y persuadan ante todo á los enfermos, que manden venir al médico de las almas, y con él confiesen sus pecados, para que así como recibida la salud del alma, se consigue mas pronto la curacion del cuerpo, puesto que las mas de las veces la enfermedad corporal proviene del pecado, ó si Dios dispusiese otra cosa, merezcan alcanzar la vida eterna: y si el médico faltare á lo acabado de decir, prohibasele la entrada en aquella iglesia: mandamos, bajo pena de excomunion, que esto se haga anunciar y saber de la manera ya referida.

3. *Contra los rectores de iglesias que no celebren.*

Muchos párrocos de la provincia de Tarragona, aunque por miedo á la pena, si bien por otros conceptos haga tiempo que estan privados de las mismas iglesias ipso jure, por no haber sido promovidos al sacerdocio dentro del tiempo marcado por los cánones; jamás, sin embargo, han celebrado misa en las mismas iglesias ni en otra parte, sin haber alegado impedimento alguno para no hacerlo, defraudando á los mencionados cánones, que principalmente porque celebraran misa establecieron que fuesen promovidos al sacerdocio, sin tener en cuenta que es conforme á la naturaleza y á la razon que cumplan las cargas los que disfruten las comodidades: por lo tanto, Nos Guillermo, por la divina misericordia, arzobispo de Tarragona, y estando en la actualidad celebrando concilio provincial, establecemos, con aprobacion del mismo, que los párrocos espresados, promovidos ya al sacerdocio, celebren misa en el término de tres meses. Y los que en adelante sean promovidos, dentro de otros tres meses, á contar desde el dia de su ordenacion; y de no hacerlo, priveseles de la percepcion de los frutos de sus iglesias, los que invertirán los

detenti, quod ex culpa non provenerit eorundem, de quo infra dictos tres menses proprio Diocesano fidem facere teneantur de consilio eiusdem Diocesani duxerint obtinendum. Et quia generale Concilium graviter reprehendit minores etiam clericos et Praelatos qui vix celebrant quater in anno, statuimus quod ipsi rectores et omnes alii praedicti Missas celebrent ut frequentius poterunt commode et honeste, ita quod circa Missarum celebrationem quae incumbit ex officio non possint notari negligentes seu nimium delicati. Cui constitutioni totum Concilium consensit et eam approbavit.

4. *Quod legata facta Fratribus Minoribus quae ipsi tenere non possunt distribuantur per ordinarios.*

Cum in omnibus piis voluntatibus defunctorum sit per Episcopos providendum praecipimus universis Episcopis Provinciae Terrachonae quod quilibet in suis Civitatibus et Diocesibus donata condamnata assignata seu legata Fratribus Minoribus seu eorum ordini pro anniversariis faciendis seu Missis celebrandis, vel alias quae ipsis Fratribus secundum eorum ordinem, regulam et professionem non licebat recipere seu habere, et quae ipsi Fratres ex superioris precepto extra manum suam posuerunt vel ponere debuerunt, a quibuscumque et per quoscumque detineantur, convertere studeant cum heredum defunctorum qui praedicta dederunt, assignaverunt seu legaverunt consilio in anniversaria in aliis locis facienda, vel Missas celebrandas vel alia opera pietatis, voluntates ipsorum defunctorum in quibus observari commode potuerint observando.

ordinarios en las necesidades de las mismas, y tengan entendido que por autoridad de este concilio quedan suspensos, como no aleguen justo impedimento, que no proceda de culpa propia, lo que participarán al ordinario dentro de los tres meses referidos. Y como que el concilio general reprende severamente hasta á los clérigos menores y á los prelados que apenas celebran cuatro veces al año, establecemos que los mismos rectores y todos los demas espresados, digan misas con toda la mayor frecuencia que puedan cómoda y honestamente; de manera que no se los pueda tildar de negligentes ó poco delicados acerca de lo que a su oficio corresponde en la celebracion de misas. A cuya constitucion dió asentimiento todo el concilio y la aprobó.

4. *Que los legados á los frailes menores que ellos no pueden disfrutar, sean distribuidos por los ordinarios.*

Debiendo proveer los obispos en todas las piadosas voluntades de los difuntos, mandamos á todos los de la provincia de Tarragona, que cada uno en sus ciudades y diócesis invierta los legados á los frailes menores ó á su orden para aniversarios ó celebracion de misas ú otras cosas, y que los espresados frailes, atendiendo á su orden, regla y profesion, no pueden recibir ó conservar; y los que los mismos frailes por precepto del superior pusieran fuera de su mano, ó debieran poner, cualesquiera que sean los detentadores, con consejo de los herederos de los difuntos que los dejaran, asignaron ó legaron en aniversarios que deben hacerse en otros lugares, en celebracion de misas ó en otras obras de piedad, observando en cuanto se pueda cómodamente las voluntades de los difuntos.

PARA EL CONCILIO DE TARRAGONA

DEL AÑO 1317.

Este concilio que pusimos en la pág. 473 del tomo III. tiene en un códice de Barcelona dos constituciones mas que no se hallan en el Colbertino. Son de grande importancia; pues ya se echaba de menos el fruto de la predicacion en boca de personas competentes. En la primera, despues de mandar á los prelados que por sí ó por sujetos idóneos prediquen la palabra divina, concluye porque se envíen á estudiar dos prebendados de esperanzas; y que mientras se ocupan de esto per-

ciban todos los frutos, y hasta si fuere necesario, que les añada algo el obispo. La segunda versa tambien sobre esta misma materia; aunque añadiendo penas á los que debiendo, no la diesen cumplimiento.

De remittendis ad studium.

Quam salubre sit et quam utile praedicationes per singulas dioeceses ordinari, apparet ex dispendio quod sequitur praedicationis defectum. Quare praelatis omnibus sub animadversione divinae ultionis districte praecipimus, ut per se vel per alios viros ad praedicationis officium idoneos per suas dioeceses verbum praedicent salutis aeternae. Et quia provide statutum est in concilio generali, ut tam in cathedralibus, quam in aliis conventualibus ecclesiis, viri assumantur idonei, quos episcopi possint habere coadjutores et cooperatores in praedicationibus et confessionibus audiendis, et in aliis quae ad salutem pertinent animarum. Ut tam sana constitutio debitum consequatur effectum, praecipimus quod si in quacumque ecclesia cathedrali tales duo non fuerint, assumantur de novo ex aliis conventualibus ecclesiis. In aliis autem ecclesiis de quibus capituli consensu canonicè conferantur, si capitulum vel aliquis de capitulo talium vocationi noluerint consentire, dioecesanus nichilominus faciat, praesentis auctoritate concilii, ne per talem contradictionem communis impediatur utilitas, et sacrae constitutionis providentia eludatur. In illis vero cathedralibus ecclesiis in quibus sunt canonici regulares a dioecesano, priore et majore archidiacono successive duo eligantur de conventu, qui magis sint docibiles, ut in Theologia studeant, et praebendas suas in scholis integre habeant. Et quia student ut episcopo deserviant, usque ad mediocres expensas si necesse fuerit episcopus superaddat.

Ut annis singulis duo docibiles de qualibet ecclesia ad studium mittantur.

Praeterea cum ecclesias provinciae nostrae, et praecipue cathedrales, illuminari per litteratarum personarum radios affectemus, ut tam in spiritualibus quam in temporalibus eadem ecclesiae salubrius gubernentur, et utilius protegantur, approbantes constitutionem de duobus canonicis cujuslibet cathedralis ecclesiae dictae provinciae ad studium mittendis editam in provinciali concilio Terrachonensi, ejusdem sacri approbatione concilii volumus, dicimus ac praecipiendo mandamus, quatinus dicta constitutio in omnibus inviolabiliter per dictam provinciam observetur, cujuscumque episcopi statuto particulari in aliquo non obstante. Eidem autem constitutioni addendum duximus, quod si episcopus et capitulum cujuslibet ecclesiae cathedralis infra VI mensium spatium duos canonicos ad studium juxta constitutionem eandem eligendos, non duxerint et mittendos, ex tunc ad Nos ea vice potestas eligendi, et mittendi dictos duos canonicos de qualibet cathedrali Ecclesia nostrae provinciae devolvatur. Item in aliis conventualibus ecclesiis dictae provinciae, ubi ad minus sint decem vel duodecim tanquam collegium, et quod habeant praelatum, praecipimus observari: salvis constitutionibus, seu consuetudinibus ecclesiarum in quibus haec electio, seu missio ad episcopum tantum noscitur pertinere. Ita tamen quod si episcopus infra dictum tempus negligens fuerit, electio praedicta, seu missio ad Nos, ut praedicitur, devolvatur.

CONCILIO DE ALCALA 1333.

En la pág. 563 del tomo III. dijimos cuanto sabiamos de este concilio en aquella fecha; pero despues le hemos hallado integro, cual hoy le damos, en el archivo de la Santa Iglesia de Toledo. No ponemos aqui el prólogo por evitar repeticiones, y puede verse en la espresada página hasta las dos últimas palabras (*Divinis exemplis*) que son con las que empieza el concilio.

poenas infligit. Effrenatus tamen ausus non cessat ad vetita prosilire. Ne quis in alienis prediis propria commoda studeat invenire, et per impunitatem excessuum fiant qui nequam fuerant nequiores S. A. C. excommunicamus raptos, invasores, vastatores et depredatores bonorum ecclesiarum vel clericorum aut vasallorum ecclesiae, qui bona praedicta ex proposito nocendi cum armis vel sine armis occupaverint, rapuerint seu invaserint violenter ac loca ecclesiae destruxerint vel ceperint vasallos ecclesiae, dummodo praedictae personae de quibus querelam habuerint paratae fuerint prout debuerint stare juri, aliis poenis in dicta constitutione contentis in suo robore duraturis. Licet autem occupatores, raptos, invasores, vastatores et depredatores etiam praedictorum bonorum in genere sint excommunicati, non tamen evitentur nisi facto evidenti vel confessione propria de hoc constaret quousque in specie sint denunciati: et postquam in specie sint denunciati absolutio talium cuilibet episcopo in sua dioecesi auctoritate hujus sacri concilii sit commissa. Datum Alcalae Toletanae dioecesis id. Januarii anno a Nativitate Domini 1333. indictione prima pontificatus sanctissimi Domini Johannis Papae XXII. anno XVII. sub sigilli nostri impressione in testimonium praemissorum: Martinus Munionis (a).

Divinis exemplis instruimur ut perversorum continuata nequitia poenas poenis curemus adjicere, ut sic saltem ipsos a suae vesaniae ausibus retrahere satagamus, eorumque compescatur temeritas, et aliis aditus committendi similia pracludatur. Sane dudum reverendus Pater Dominus frater Gillelmus episcopus Sabinensis apostolicae sedis Legatus in concilio quod apud Vallem oleti celebravit in constitutione quae incipit: *Quia celestis* adversus infringentes libertatem ecclesiasticam et personas ipsius ledentes ac capientes decimas et alia bona ipsius rapientes et vastantes ipsius loca certas

destruyen los lugares de la misma: pues el atrevimiento temerario siempre está atentando á lo prohibido. Y para que nadie trate de encontrar en predios ajenos sus propias comodidades, y para que por la impunidad de los escesos los malos no se hagan peores, con aprobacion del sagrado concilio, escomulgamos á los raptos, invasores, destructores y ladrones de los bienes de iglesias, y de los clérigos ó vasallos de las mismas que con mala intencion se apoderaren á mano armada ó desarmados de los mencionados bienes, los robaren ó invadieren con violencia, destruyeren los lugares de la iglesia ó se apoderaren de sus vasallos, con tal que las mencionadas personas de quienes tuvieren quejas se hallen prontas, como deben, á dar una justa satisfaccion, quedando en su vigor las otras penas contenidas en la mencionada constitucion. Y aunque los referidos ocupadores, raptos, invasores, destructores y ladrones de los bienes mencionados esten en general escomulgados; sin embargo, no son vitandos, como no conste asi por un hecho evidente ó confesion propia acerca de esto, hasta que esten denunciados en especie: y aun despues de esto se da autoridad por este concilio á cada obispo en su diócesis para que pueda absolverlos. En Alcalá, de la diócesis Toletana, el dia 13 de enero, año del nacimiento del Señor 1333, indicción primera, año 17 del pontificado de nuestro Santísimo Padre el Papa Juan XXII. Sellado con nuestro sello en testimonio de verdad. Martin Muñoz,

Los ejemplos divinos nos instruyen, que por la continuada malicia de los perversos debemos añadir penas á penas, para que de este modo al menos cuidemos retraerlos de la temeridad de su locura. En efecto, en el concilio que hace tiempo celebró en Valladolid (b) el cardenal Guillermo, obispo Sabinense y Legado de Su Santidad, en la constitucion que empieza *Quia celestis* (está en la XVIII aparte 6.º) impuso ciertas penas contra los que se oponen á la libertad eclesiástica, hacen daño á las personas de la iglesia, se apoderan de los diezmos y de otros bienes, y

(a) De la Santa Iglesia de Toledo. I. 5. 1. 9.

(b) En 1322. V. en el tomo III. pág. 447.

CONCILIO DE TARRAGONA

DEL AÑO 1336.

De un Códice de la Santa iglesia de Gerona se ha sacado este Concilio provincial Tarracense, que tiene diez y siete escelentes constituciones. No se dice el dia en que se celebró, ni quiénes fuesen los PP. conciliantes; aunque esto no es lo que mas importa. Lo primero que hicieron, fué mandar que todos observasen los estatutos anteriores relativos á la conservacion de la libertad de la iglesia. Que en las catedrales y colegiadas se celebre el oficio divino por los canónigos y beneficiados á las horas marcadas, con silencio y compostura: y obligando á la residencia personal, para que se haga con mas ostentacion. Que no dejen de verificarse las visitas para correccion de vicios, sin gravar á los visitados: castigando á los clérigos concubinarios, pero sin exigirles multas: y sin que para huir la correccion aproveche á nadie alegar privilegio clerical.

No quisieron tampoco estos PP. que los judíos pudiesen andar entre los cristianos sin ser conocidos, y al efecto mandaron que llevaran un signo patente. La reparacion de hospicios tambien mereció su atencion. No quisieron que por ignorancia pudieran los notarios eclesiásticos cometer algunos abusos; y para precaverlos, quisieron que fuesen examinados de lo relativo á su oficio. Y habiéndose dado una queja de que cierto judío ejercia jurisdiccion en algunos pueblos, donde habia iglesias ó capillas, lo que era indecoroso, y los cristianos sufrían con ello vejaciones, se determinó de modo que no continuara así; acudiendo entre otros remedios al Rey de Navarra para que apoyara este estatuto. En el cánón VI, se proveyó á una queja particular, y de circunstancias. Se mandó en el VII, que no se consienta en los lugares de la iglesia á los malhechores y bandidos, por el mal ejemplo. No se quiso, y con sobradísima razon, que se diese la primera clerical tonsura, sino á quien se creyera prudentemente, que aspiraba á las sagradas órdenes. Los cánones desde el diez hasta el catorce, se ocupan minuciosamente del traje de los eclesiásticos; de su color, valor, y prendas que no pueden usar: tratando evitar el lujo, y parecer en el exterior, lo que deben ser interiormente. El traje de luto se les prohíbe, como no sea por la muerte de sus padres, hermanos ó del Señor, y aun en estos casos no durará sino dos meses: se castiga con diversas penas á los transgresores. El cánón quince ordena que ningun eclesiástico pueda dar en una comida mas de dos cubiertos; en el uno, no podrá haber sino dos platos de carnes, y en el otro tan solo uno: aumentándolo en los dias de ayuno. El cánón diez y seis se ocupa de prohibir á los presbíteros que sus hijos espurios los ayuden á misa; y que no vendan, empañen, ni entreguen para gobernarlos los cálices, ni ornamentos sagrados á los judíos. Y por último, el diez y siete, prescribe que los canónigos que viajan por asuntos comunes de la iglesia, reciban su porcion canónica como si estuvieran presentes.

1. Et primo fuit ordinatum quod mandetur litteratorie per ipsum Archiepiscopum omnibus suffraganeis suis in virtute sanctae obedientiae, quod constitutiones olim editas in concilio Terrachonae et spetialiter super libertate Ecclesiae conservanda observent et faciant observari. Et quod faciant fieri divinum officium in cathedralibus regularibus et collegiatis Ecclesiis per canonicos et beneficiatos in ipsis horis debitis sine murmure et aliis confabulationibus, solempniter et devote, in aliis vero convenienter et debite celebrari; compellentes ad hoc dictos canonicos prout ad eorum spectat officium. Et ut praedicta melius fiant compellant rectores Ecclesiae, et alios beneficiatos praesertim habentes beneficia requirentia ex spetiali statuto vel ordinatione residentiam personalem in suis Ecclesiis et beneficiis residere, non obstantibus licenciis per eosdem de non residendo quibuscumque, nisi studii causa personis docibilibus vel alia rationabili causa concessis.

Item quod mandetur Episcopis praedictis et aliis ad quos pertinet quod circa reformationes morum et correptiones viliorum praesertim in Clero, tam in visitationibus, quas nullatenus facere omittant, quam alias vigilantiter intentant; in quibus quidem visitationibus statuta canoicorum diligenter observent. Caventes attente ne in recipiendis procurationibus gravent subditos, ne videantur quærere quae sua sunt, set quae Christi. Et Clericos concubinarios publicos, vel in sacris ordinibus constitutos, qui post primam et secundam monitionem reperti fuerint dicto vitio laborare, ad peragendam poenitentiam ad tempus, prout eis videbitur expedire in aliquo loco detrudant, pecuniam ab eis casu praemisso nullatenus recepturi.

Item quod sic curent punire clericos pro excessibus vel delictis quod nullus propter impunitatem criminum alleget privilegium clericale.

2. *Dē signis Judaeorum.*

Item quod quilibet Episcopus faciat quod in sua civitate et Dioecesi Judaei in quibuscumque locis consistant a Christianis signo notabili distingantur.

3. *De Hospitiis reparandis et per residentes tenendis.*

Item quod Hospitia dignitatum et quorumcumque aliorum beneficiorum quae reparatione indigent faciant reparari et condirecta teneri; et in Ecclesiis Cathedralibus et collegiatis hospitia non residentium residentibus commodari.

4. *Quod Noterii examinentur.*

Item quod clericos qui habent regere noterias de hiis quae pertinent ad eorum officium examinari faciant diligenter.

5. *Quod nullus Judeus per se vel alium etiam Christianum permittatur tenere loca religiosorum vel in ipsis iurisdictionem exercere.*

Item quod cum denunciatum fuerit sacro Concilio per venerabilem Fratrem Poncium Abbatem Monasterii Populeti, quod in certis locis Prioratus Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani Provinciae Terrachonae Imael de Oblitis Judaeus de Navarra tenet dicta loca in quorum aliquibus sunt Ecclesiae seu capellae cum omnibus redditibus et proventibus et omni iurisdictione civili occasione cuiusdam arbitraris sententiae latae per unum Christianum et duos Judaeos inter venerabilem Priorem prioratus praedicti et dictum Imaelem, propter quod et spetialiter propter praedictam iurisdictionem Christianis habitantibus in dictis locis multa gravamina inferuntur, et fuerit eidem concilio supplicatum de salubri remedio provideri: dictum Concilium attendens praefatum Judaeum, blasphemum Christi, non posse nec debere super christianis aliquam iurisdictionem habere, cum sub tali praetextu possit praeesse ipsis Christianis, et quod Judaeus non debet loca religiosa tenere praesertim in quibus sunt Ecclesiae vel capellae, diffinivit idem Concilium ex suo officio, et concorditer ordinavit, quod quilibet Episcopus in Dioecesi sua praedicta fieri et sustineri prohibeat mandando dictis Christianis ne permittant dictum Judaeum vel aliquem etiam Christianum loco sui uti iurisdictione aliqua super eos, seu praedicta loca religiosorum tenere vel ipsis praeesse, ipsi Judaeo participationem Christianorum si opus fuerit subtrahendo. Et quia per praedictam sententiam, si sic dici debeat, dicuntur non sine periculo illorum qui eam tulerunt, et qui super hoc consuluerint adjudicatae usurae, fuit similiter per dictum concilium ordinatum quod quilibet Episcopus in sua Dioecesi dictas usuras exigi prohibeat, nec aliquem super solutione ipsarum molestari permittat, et quod solutae possint libere repeti dicta sententia non obstante, vel poenis positae in eodem vel in compromisso ex quo dicta sententia est secuta. Et quod Dominus Archiepiscopus praecipiat fortiter et districte cuilibet Episcopo in cuius Dioecesi fiunt praedicta, quod dictas diffinitiones et ordinationes ex suo officio exequatur. Et in super quod supplicetur ex parte dicti Concilii Domino Regi, quod ipse tanquam zelator honoris fidei catholicae easdem diffinitiones et ordinationes faciat executioni debitae demandari.

6. *Approbatio processus cuiusdam facti per Episcopum Dertusensem.*

Item praedictum Concilium viso et examinato processu facto per reverendum Dominum Berengarium Episcopum Dertusensem super eo quod Vicarius, Patiarri et Cives Civitatis Dertusensis ivenerunt hostiliter et publice et vexillo erecto contra locum de Orta et de Arteris, Ordinis Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani, ibique interfecerunt homines et talaverunt, raubaverunt et cremaverunt, et multa dampna alia intulerunt, decrevit constitutiones olim editas in Concilio Terrachonae contra invasores et raptores rerum Ecclesiasticarum contra illos qui cum diffidamento hostiliter turba coadunata invadunt loca Ecclesiae seu locorum religiosorum contra dictos Vicarium Patiarrios et Cives locum habere, volens et consentiens quod dictus Dominus Episcopus dictas constitutiones contra eosdem faciat observari.

7. *Quod in locis Ecclesiae malefactores et banniti non sustineantur.*

Cum summum bonum sit in terris justitiam colere, cuius cultus ex sustentatione malefactorum et bannitorum multipliciter impeditur, et datur multis audacia delinquendi, statuimus sacro Concilio approbante quod nulla persona ecclesiastica sustineat malefactores vel bannitos in locis suis, in quibus iurisdictionem obtinent temporalem, nisi forsitan ille qui tales sibi remitti peteret, in locis suis malefactores seu bannitos eiusdem personae ecclesiasticae sustineret.

8. *Cut sit prima Tonsura conferenda, et quod criminosi per Episcopos puniantur.*

Prima Tonsura nemini conferatur, de quo non sit verissimile quod intendat ad sacros ordines promoveri. Episcopi vero et eorum officiales taliter studeant punire Clericos criminosos ne aliquis praetextu impunitatis alleget privilegium Clericale.

9. *Quibus vestibus uti Clerici prohibentur.*

Nullus Clericus vestes rubeas aut virides publice defferat quovis abusu contrario non obstante.

10. *Cuius valoris esse debeat Pannus vestium Clericorum.*

Nec aliquis Clericus se ipsum, nec nos etiam Archiepiscopus aut alii Praelati et personae ecclesiasticae socios nostros induamus de Panno, cuius communis petia ultra viginti quinque libras, nec alios clericos vel scutiferos de Panno, cuius petia ultra XVIII, nec alios officiales inferiores vel scholares de Panno cuius petia ultra XII, nec alios servitores pedites de Panno cuius communis petia VIII libras monetae Barchinonae constet.

11. *De pellibus et manicis supertunicis.*

Nec aliquis Clericus in sacris ordinibus constitutus portet pelles varias in mantello. Canonici insuper et clerici de Capitulo Cathedralis vel collegiarum, et alii in sacris ordinibus constituti manicas supertunicarum rotundas et largas habeant competenter, nec in circumferentia manicarum vel gramasiarum et aliarum vestium portent circumferentias pellium additarum.

12. *De sotularibus.*

Nec portent sotulares albos cum corda patenti, nec in galero furraturam alicuius coloris de quo eis indui non licet.

13. *De Furratura capparum Chori.*

Nec canonici vel alii Clerici de Capitulo Cathedralis Ecclesiae portent in capuciis capparum de

choro, quae nigrae esse debent, forraturam nisi de variis grisibus vel pellibus nigris vel de aliquo panno nigro, nec easdem cappas faciant ita longas quod ultra palmum trahant per terram. Praetium autem dictarum capparum, quae causa honestatis et humilitatis fiunt et portantur, sit temperatum quod non possit in hiis denotari excessus. Alii vero clerici in capuciis dictarum capparum non portent aliquam forraturam, nec eas ita longas quod trahant per terram, sed sufficiat quod cohoperiant pedes suos.

14. *De vestibibus lugubribus.*

Nec aliquis Clericus in sacris ordinibus constitutus induat se de nigro seu vestibibus lugubribus pro morte alicuius, nisi fuerit Pater aut Mater, frater aut Dominus; quas etiam ultra duos menses portare non possit.

15. *De sellis*

Sella verò cuiuscumque clerici sit honesta, nec cum freno et pectorali ultra VIII libras costare possit. Quicumque in praedictis vel aliquo praedictorum excesserit, vestes seu sellam in quibus excesserit, teneatur dare pauperibus infra mensem; alioquin ad hoc per suum Episcopum compellatur. Vestibus tamen et sellis jam factis quae alias sint honestae quilibet uti possit.

16. *De ferculis.*

Item statuimus quod nos vel aliquis Episcopus seu Praelatus aut quicumque alius Clericus non donet in uno prandio seu comestione nisi duo fercula, in quorum altero possint esse duo genera carniū, altero unum dumtaxat, in quibus tamen carnes salsae minime computentur. In diebus vero jejunii possint dare tria fercula et non ultra.

17. *Quod filii spurii Presbyterorum non deserviant eis in Missa.*

Presbyteri cum proprio filio spurio Missam non audeat celebrare, nec ipsi vel alii calices, vestimenta, vel apparamenta alia divino cultui deputata Judaeo vendere vel impignorare, vel aptanda vel reficienda tradere quacumque ex causa praesumant.

18. *Quod pro negotiis communibus Ecclesiae Canonici incedentes ac si praesentes essent recipiant canonicam portionem.*

Canonicus seu Clericus de Capitulo Ecclesiae Cathedralis quandocumque per Episcopum et Capitulum seu per ipsum Capitulum pro negotiis ipsius Ecclesiae missus fuerit recipiat ac si praesens esset canonicam portionem.

CONCILIO DE ALCALA, AÑO 1345.

Este concilio es inédito, y sus constituciones se promulgaron en Alcalá de Henares el día 22 de abril del año 1345. Parece que se hicieron en concilio y no en sínodo, a diferencia de otras de que a continuación hablaremos que creemos se sancionaron en sínodo, á 11 de abril del mis-

mo año: tambien son inéditas. Es de presumir que el arzobispo convocó primero à sínodo, y terminado este, empezó el concilio: por eso media la diferencia de once dias entre la promulgacion de las constituciones sinodales y conciliares. El original de las sinodales se halla en el archivo de la santa Iglesia de Toledo I. 6. 1.º 1.º en pergamino de una tercia de vara de ancho y cuarta de alto, letra redonda, llena de abreviaturas. En el dobléz del pergamino tiene un hiladillo rojo blanco y negro, de que antiguamente penderia el sello que se perdió. Las constituciones conciliares se hallan en el mencionado archivo I. 5. 1. 11. en pergamino, largo media vara y cuatro dedos. Pende un sello de cera de un galon de colores, como medio limon, y en cera encarnada sobrepuesta se ve un prelado sentado, vestido de pontifical con báculo y mitra, en ademan de bendecir. En la orla dice: S. AEGIDII DI GRA ARCHIEPISCOPI TOLETAN HISPANIARUM PRIMATIS ET REGNI CASTELLE CANCELARII.

En la primera constitucion conciliar se cita otra de Valladolid del 1322 (a) que empieza *Gratia si non gratis*, la que agrava y recomienda; y ademas S. A. C. establece los derechos y arancel de los notarios, é impone penas à los prelados que llevaren algun dinero por las provisiones.

La segunda tambien castiga gravemente à los obispos y demas prelados que con mentidos pretestos ocupaban y hacian suyos los bienes de las dignidades, canónigos y clérigos que morian; mandando lo que se debe guardar.

La tercera ordena que debiendo ser uniforme con la metropolitana el modo de celebrar los divinos officios; y no siéndolo en algunos obispados, sea lícito à los obispos y à los demas clérigos ausentes de sus iglesias, conformarse en el rezo con la de Toledo.

Las constituciones sinodales son las siguientes, con la ortografía que tienen en el original.

Quorumdum mentes sic pater mendacii dicitur excaecasse quod licet Nos Egidius miseratione divina archiepiscopus Toletanus hispaniarum primas et regni Castelle cancellarius et predecessores nostri archiepiscopi Toletani qui fuerunt pro tempore de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine quovis archipresbyterorum, vicariorum, rectorum et aliorum clericorum mee diocesis obeunte unam pretiosorem rem ex his que habeat ut pote sarracenum vel sarracenam, equum, roncinum, mulum, mulam, qui seu que selam portaverit, vas seu cifum argenteum, taceam argenteam aut quodvis aliud jocale, quod sive quam rem, nos duxerimus eligendum habere debeamus. Ipsi tamen proprie salutis obliti non absque multa temeritate cum eos infirmari contingerit, nitentes jure nostro nos fraudare, simulatis venditionibus et aliis exquisitis fraudibus res predictas aut aliquam ex eis alienant. Nos igitur justitiam nostram et ecclesie nostre nolentes negligere, volentes eorum perniciosis ausibus obviare synodo apud Alcalam Toletane diocesis congregata volente et expresse approbante, statuimus quod nemini predictorum postquam egrotaverit, aut heredi sive executori liceat rem aliquam de predictis alienare, nec in alium quovis modo transferre, imo unusquisque predictorum in sua ultima voluntate de bonis suis prout de jure sibi competere dinoscatur disponens de supradicta re nobis aut procuratori nostro infra sex dies statim post obitum suum libere tradenda expressam faciat mentionem, alioquin quod de bonis suis ordinandum duxerit eo ipso omni careat firmitate. Quod si ipsius clerici defuncti quisquam heres fuerit, et priusquam de re supradicta majordomo nostro in ipso archiepiscopatu deputato satisfecerit, hereditatem decedentis clerici adierit, eo ipso jus quod sic ex testamento defuncti competebat sit privatus. Executores vero qui jocali predicto prius non soluto executioni ultime voluntatis clerici defuncti se ingesserint ipso facto sexcentorum morabetinorum usualis monete penam solvere teneantur.

Quia plerumque nonnulli jura Toletane ecclesie in animarum suarum salutis dispendium occultare et subtrahere non formidant: Nos Archiepiscopus predictus eorum malitiis obviare et indempnitati ecclesie nostre precavere volentes predicta Synodo expresse assensum prestante statuimus ut quilibet clericus civitatis et diocesis Toletane singulis annis usque ad festum sancti Martini mensis novembris nulla monitione seu requisitione premissa suo archipresbytero seu vicario solitum cathedraicum nobis assignandum solvere teneatur, quod si in hoc defecerit, ad duplum irremissibiliter solvendum eo ipso remaneat obligatus, insuper quibuslibet parrochie curatus cle-

(a) V. Tomo III. pág. 497.

ficorum et cappellanorum ac tonsoratorum parochie sue nomina in scriptis propria manu roboratis, eidem archipresbytero seu vicario annuatim in festo predicto tradere non omittat. Alioquin cathedraliticum pro quolibet quem sic subscripturam non exhibuerit seu occultaverit solvere compellatur. Cappellani vero et tonsorati qui ad solvendum hujusmodi cathedraliticum de consuetudine sint astricti, nisi de ipso cathedralitico usque ad predictam diem ipsi archipresbytero vel vicario integre satisfecerint, quilibet eorum preter ipsum cathedraliticum ad quod tenetur ut temporali saltem coherceatur severitate, viginti morabetinorum usualis monete penam se noverit incurrisse. In quorum omnium testimonium presentes constitutiones sigilli mei appensione fecimus roborari. Datum apud Alcalam Toletane diocesis die undecima mensis aprilis anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, qua die predicta synodus extitit terminata, presentibus providis Gundisalvo Roderici de Majorito et Velasco Alfonsi de Alcaratio archidiaconis et Joanne Roderici de Cisneros Sancte Leocadie Abbate in ecclesia Toletana testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. — Martinus Munocii.

SIGUEN LAS TRES CONSTITUCIONES CONCILIARES.

1. Quoniam salubriter in constitutione recolende memorie Domini Guillelmi Sabinensis episcopi que incipit *Gratia* (a) statutum esse dinoscitur ne episcopus vel quivis munus ad quem beneficii collatio pertinet ratione collationis beneficii aut cancellarie seu aliquo quaesito colore aliquid presumat exigere, recipere seu etiam retinere. Nec notarius seu scriptor quicque nisi moderatum exigat pro collationis litera et sigillo. Nos Egidius miseratione divina archiepiscopus Toletanus, hispaniarum primas et regni Castellae cancellarius, eos qui in talibus metas rationis excedunt compescere cupientes, ne scriptura reddat onustum quod liberalitas fecerat gratiosum, sacro approbante Concilio statuimus ut illud moderatum duodecim morabetinorum et duorum denariorum usualis summam juxta antiquam consuetudinem cancellarie nostre non excedat. Et si per prelatum qui illud beneficium contulit contra predictam constitutionem vel per alium sciente vel ratum habente amplius receptum erit, Prelatus ipse poenam suspensionis a collatione beneficiorum per sex menses in predicta constitutione contentam se noverit incurrisse. Recipiens vero ultra dictam summam duplum ejus quod ultra receperit intra octo dies post receptionem illi a quo receptum fuerit restituere teneatur, nulla eidem recipienti in hiis donantis remissione liberalitate seu gratia valitura, et inhabilis sit ad quodcumque ecclesiasticum beneficium obtinendum quousque restituat dictum duplum. Porro sub eisdem penis precipimus, quod pro litera qua conceditur ut corpus alicujus defuncti in ecclesia sepeliatur, duodecim morabetini et duo denarii, et pro litera excommunicationis sex morabetini et duo denarii, et totidem pro litera absolutionis ab excommunicatione, et pro registro unus morabetinus pro qualibet dictarum literarum et non amplius recipiatur. Contrarium vero facientes penas ut in premissis casu late sunt se noverit incurrisse. Nostre tamen intentionis existit quod illis qui pro dicta sepulture littera minorem quantitatem hactenus recipere consueverint, non liceat hujusmodi statuti pretextu majorem recipere quantitatem.

2. Experimento didicimus quod non nulli episcopi provincie Toletane bona morientium, dignitates, personatus vel officia, canonicatus et prebendas obtinentium seu aliorum clericorum inventa sive vacationis tempore obvenientia quadam insatiabili voragine contra jura fucatis et confictis coloribus occupare aut in usus proprios convertere non verentur. Volentes id pene adjectione adjuvari, Sacro approbante concilio statuimus quod episcopi aut abbates seu quivis alii prelati ad predicta vel per se vel per alium manus nullatenus extendant, nec ea quovis modo occupent vel faciant occupari, nisi aliud de antiqua consuetudine vel ecclesie ordinatione antistiti debeat, alioquin duplum ejus quod sic occupatum fuit infra octo dies ei cui debetur occupans restituere teneatur nulla cujusque remissione sibi profutura. Et nichilominus preter alias penas in jure statutas a collatione omnium beneficiorum usque ad unum annum eo ipso noverit se suspensum, et per eum ad quem collatio ipsorum de jure vel consuetudine devolvitur conferantur. Verum tamen si quis supradictorum decedens prelato in aliquo tenetur debita cognitione premissa fiat ipsi prelato justitie complementum.

(a) V. en el tomo III. pág. 497.
Tomo VI.

Per hanc autem constitutionem si in regularibus ecclesiis de statuto vel consuetudine aliud observari consueverit, id nolumus immutari.

3. Quia juxta Scripture testimonium uniuscujusque provincie rectores ecclesiarum unum eiusdemque in psallendo tenere debent modum quem in metropolitana sede cognoverint institutum, nec aliqua diversitate cujusque ordinis vel officii a sede metropolitana debent disjungi, licet in aliquibus episcopatibus de consuetudine contrarium observetur Sacro Approbante Concilio statuimus ut tam episcopi quam alii a suis ecclesiis absentes se possint si velint in divinis officiis dicendis consuetudini Toletane ecclesiae coaptare. Datis apud Alcalam Toletane diocesis sub anno Domini 1345 die 22 mensis aprilis qua predictum concilium extitit terminatum sub sigilli mei appensione in testimonium premissorum: Martinus Munocii.

PARA EL CONCILIO DE ALCALA

DEL AÑO 1347.

En un código de la Santa Iglesia de Toledo se halla el concilio provincial de Alcalá de este año, aunque no todo, ni conforme le hemos dado en el tomo III, pág. 591; pero tiene una constitucion mas, que es la tercera, totalmente inédita, que parece ser de este concilio; pero no nos atrevemos á asegurarlo, pues como dice *Sacra Synodo approbante*, creemos pertenezca á otro sinodo, puesto que el concilio en tres de sus ocho cánones dice *Sacro approbante concilio*. La constitucion es como sigue:

•Quia super receptione portionis inter nonnullos civitatum, villarum et aldearum clericos contingit frequentius discordie materia praeparari pro eo quod quidam abusus a predictis allegantur. Sunt enim nonnulli qui propter tributa et petita vectigalia evitanda vel alio quovis modo cum illis de predictis civitatibus et villis viciniam trahunt et in tribus solemnitatibus paschalibus vel aliis ad villas se transferunt in toto anni circulo vel longe majori parte in aldeolis commorantes, cujus quidem viciniam occasione integre decimas solvunt ecclesiis parochialibus civitatum et villarum in quibus istam viciniam contraxerunt. Nos igitur abusum predictum reprobantes de, et cum consensu capituli ecclesie nostre Toletane ac sacra synodo approbante, statuimus ut de fructibus prediorum quae in aldeolis predictis tales excolunt integre illis ecclesiis decimam persolvant in quarum territorio predia sunt sita. Ceterum quia in plerisque locis occasione alterius similis abusus solvuntur decime integre panis ubi teritur et triticum cum paleis recolligitur, licet in aliis locis et sub aliis campanis. Idcirco predicto abusu similiter reprobato statuimus quod medietas totius panis decimetur in ecclesiis sub quarum campanis predia sunt sita, et alia medietas ecclesiis ubi cum paleis panis colligitur assignetur. Per hoc autem non intelligimus prejudicare ecclesiis que ante presentem constitutionem integre decimas percipere consueverunt omnium fructuum sub suis campanis seminatorum, sed eis sua consuetudo illibata servetur, licet alibi panis cum paleis colligatur.»

CONCILIO DE TARRAGONA

DEL AÑO 1354.

Tampoco sabriamos nada de este concilio, sino fuera por un código de la Santa Iglesia de Gerona, en el que se leen las dos constituciones que aquí copiamos. El mismo código dice que este concilio se celebró el día 9 de diciembre, y que fue el quinto de los que presidió D. Sancho, arzobispo de Tarragona. La primera constitucion declara la manera de pagarse los diezmos, no de once, doce ó mas, sino de cada diez una; ni que se sacara antes la simiente, y que ni tampoco se rebajaran los trabajos y gastos: las primicias han de pagarse íntegras segun costumbre, escomulgando á los transgresores, etc. La segunda se ocupa de la visita, y del tren con que se ha de hacer, y de la cantidad que han de pagar los visitados, poniendo un límite al acompañamiento y séquito.

De Decimis.

Cum ad praestationem decimarum et primitiarum tam jure divino quam humano quilibet teneatur, cum decimae et primitiae cibus sint egentium animarum, et quidam decimas et primitias Ecclesiis et personis ecclesiasticis publicis machinationibus subtrahere moliantur; quidam ex eis sementeducentes et sumptus qui fiunt in agricultura et fructibus colligendis; alii vero decimam persolventes non ad decimam partem seu mensuram, sed ad undecimam, duodecimam aut ad aliam partem ulteriorem in grave praejudicium Ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum et ipsorum subtrahentium magnum periculum animarum: Propterea nos Frater Sanctius miseratione divina Sanctae Terrachonensis Ecclesiae Archiepiscopus nolentes pati ut jura Ecclesiarum et clericorum praesumptione aliqua minuantur, ac volentes talium subtrahentium animarum providere salutem, approbante sacro Concilio, statuimus et ordinamus quod quicumque ratione praediorum, pecorum aut pecudum vel aliorum animalium aut quorumlibet fructuum vel aliarum rerum Decimas Ecclesiis et clericis exhibere teneantur, eas prout tenentur integritate persolvant, absque deductione aliqua sumptuum vel expensarum. Statuentes etiam eodem Concilio approbante quod Primitiae in locis in quibus est eas consuetum exsolvi, solvantur integre et complete nullam expensarum aut sumptuum subtrahentium ad partem illam seu mensuram aut quotam ad quam solitae sunt persolvi, omni fraude cessante. Alias qui scienter vel malitiose contrarium fecerint, excommunicationis sententiae ipso facto volumus subiacere, quorum absolutionem nobis et Dioecesanis Episcopis nostris, eorumque Vicariis et officialibus nostris et suis principalibus, et eorum cuilibet specialiter reservamus. Volentes et mandantes omnibus et singulis Episcopis suffraganeis nostris et eorum Vicariis et officialibus principalibus, quod per rectores ecclesiarum et alios curam animarum tenentes quater in anno videlicet, in festis Natalis Domini, Paschae, Penthecostes et Sanctae Mariae Mensis Augusti praesentem constitutionem faciant publicari quando maior populi multitudo in Ecclesiis suis convenit ad Divina. Datum in sacro Concilio Terrachonae Quinto Idus Decembris anno Domini MCCCCLIV.

Item quia in nostro sacro Provinciali Concilio in dubium vertebatur an archidiaconi nostrae Provinciae quibus competit ex consuetudine, privilegio vel alias quomodolibet visitare, servare debeant constitutionem Domini Papae Benedicti XII recolendae memoriae, quae incipit *Vas ele-*

tionis, vel constitutionem editam per Dominum Johannem bonae memoriae Patriarcham Alexandrinum administratorem Sanctae Ecclesiae Terrachonae, quae incipit: *Praelatis*, ideo de consilio et assensu dicti sacri Concilii declarando constituimus et ordinamus, quod praefati Archidiaconi constitutionem praedicti Domini Papae Benedicti servare teneantur; quod et si dicti Archidiaconi tres evectiones vel minus ducerent quinque solidos pro qualibet evectione tantum pecuniam solvere a volentibus. Si autem quatuor vel ultra evectiones usque ad septem ducerent viginti quinque solidos quod omnibus septem juxta tenorem dicti Domini Benedicti similiter a volentibus valeant recipere et non ultra. Datum in sacro Concilio Terrachonae Quinto Idus Decembris anno predicto.

CONCILIO DE TARRAGONA

DEL AÑO 1357.

El día 20 de marzo del año del Señor 1357, se celebró este concilio provincial Tarraconense en la ciudad metropolitana con asistencia de su arzobispo y de los obispos Hugo de Urgél y Vidal de Valencia; habiendo concurrido por procuradores, los de Gerona, Barcelona, Lérida y Vich, y también por sus representantes los cabildos de las catedrales, y los abades de Poblet, Santas Cruces, S. Juan de las Abadesas, de Ager, de Escarpio, y los Priors de S. Sebastian, de Menorca y de Santa María de Muro, con otros varios prelados, y además con los procuradores de las iglesias colegiadas de la provincia. Un número tan grande y selecto de varones eminentes no podía menos de producir unas constituciones tan sabias, como las doce que sancionaron. Llenos de erudición sagrada y las más oportunas en aquellos tiempos. Empezaron por donde debían, mirando por la honra del Señor, de su bienaventurada Madre y de los que están gozando de su divina presencia, prohibiendo con severidad las blasfemias y juramentos: y como conocieron que al hombre hace muchas más veces mella la pena corporal que la espiritual, aplicaron la primera. También trataron de cortar un abuso escandaloso que consistía en abogar y ser procuradores los clérigos de los legos en contra de otros clérigos. No quisieron que ni aun sombra de sospecha recayera sobre los regulares que tenían administración; y para ello prescribieron que rindiesen cuentas dos veces al año.

Se conoce que iba muy en aumento la devoción á acompañar al Santísimo Sacramento, cuando se llevaba á los enfermos, y que deseaban, no solo que esta tan meritoria obra no concluyera, sino que se fuese aun generalizando más en todas las poblaciones: y para estímulo, y en muestra de gratitud, se mandó que por las almas de estos se celebrara anualmente una misa el viernes inmediato después de la festividad del *Corpus Christi*, con la mayor solemnidad, en todas las iglesias etc. El canon quinto se ocupa de poner coto á ciertos abusos que se cometían en las apelaciones. El sexto es oportunísimo, pues había muchos eclesiásticos esentos, que cuando recibían algún daño personal, ó en sus casas, acudían á los tribunales eclesiásticos en queja, apoyándose en las constituciones que hablaban contra los invasores, detentadores etc., de personas y cosas eclesiásticas; pero cuando no les convenía, decían que eran esentos, y que tales constituciones nada tenían que ver con ellos: se determinó por lo tanto que el que quisiera disfrutar de sus beneficios se sujetara á ellas. El séptimo castiga con excomunión á los señores temporales que maltratan á los ejecutores de las cartas eclesiásticas; declarando que si algún duque, marqués, conde, vizconde, noble, baron, militar, etc., ó sus oficiales cometieren tan grave maldad, queden en entredicho eclesiástico las ciudades, villas ó castillos donde esto hubiese sucedido: y que si este entredicho no puede notificarse en los citados lugares, basta con que lo

sea en los inmediatos y en las catedrales. El cánón octavo se opone á las absoluciones *ad cautelam* de los escomulgados en virtud de las constituciones Tarraconenses contra los invasores etc., de personas y cosas eclesiásticas. Sucedia con frecuencia, que algunos clérigos cometian crímenes, y para evitar el castigo mudaban de domicilio, pasando de una diócesis á otra, seguros de que nadie se meteria ya con ellos; puesto que allí no alcanzaba la jurisdiccion de su prelado: pues bien, el cánón noveno manda la mútua extradicion. El décimo declara la nulidad del proceso si el vicario general ó el foraneo no son naturales de Aragon, Valencia, Baleares ó del principado de Cataluña: se estiene mucho en los inconvenientes que resultan de ser estos jueces forasteros. No quisieron estos Padres, y con muchísima razon, que para procuradores en el concilio se echara mano de cualquier clérigo; por eso mandaron que fuera el Vicario general, el oficial principal ó un capitular; y sino un doctor ó bachiller en derecho canónico ó civil, y además beneficiado en la misma iglesia, para que pudiera dar su voto con conocimiento de causa, y discutir con los demás. Esta constitucion no gustó á todos, y algunos protestaron de ella. El último cánón puso término á un lamentable abuso, de que con la mayor amargura se quejan en él los PP., y consistia en que cuando la sede estaba vacante, ó cuando no residia en ella el prelado, cobraban unos derechos escesivos y escandalosos los Vicarios, oficiales, procuradores y tesoreros por el sello: mandando al efecto que solo se cobrase con arreglo al arancel, en Tarragona del arzobispo Arnaldo, y en Valencia, Tortosa, Lérida, Barcelona, Gerona, Urgél y Vich, del que marcaron los obispos que cita.

4. *Contra blasphemos Dei et Sanctorum, ac jurantes etc. (a.)*

Ad detestandum detestabile blasphemiae vitium contra Deum et sanctos eius, declarationem super hoc editam quae incipit *Statuimus etc. de maledictis* districte praecipimus observari. Et ne ad excusandas excusationes in peccatis ignorantiam allegari contingat, mandamus rectoribus Ecclesiarum et eorum loca tenentibus in virtute sanctae obedientiae, quod dictam declarationem in festivitibus Natalis Domini, Paschae, Ascensionis, Penthecostes, et Assumptionis Beatae Mariae, et principalium aliarum Ecclesiarum suarum annuatim populo publicent et exponant. Hortamur etiam quoscumque Dominos temporales et per dictos rectores et eorum loca tenentes in parrochiis suis hortari mandamus quatinus tanquam honoris Dei et sanctorum suorum fervidi zelatores, et ut proinde aeternae beatitudinis praemia consequantur, eandem declarationem in locis suis faciant observari. Et insuper contra blasphemos huiusmodi nec non jurantes per caput, ventrem vel alia membra Dei vel Beatae Virginis Matris eius, vel aliorum sanctorum per statuta poenalia, citra tamen vindictam sanguinis, sic studeant providere quod de locis suis dicta vitia extirpentur. Deceantque ut qui volunt gloriari nomine christiano non debeant alia patienter vel sub dissimulatione audire, set ea ne dicantur potius prohibere. Clerici namque qui culpabiles reperti fuerint in praemissis, sic per suos ordinarios puniantur, quod eorum poena sit aliis in exemplum.

2. *De advocantibus et procurantibus clericis pro laicis contra Clericos.*

Constitutionem olim editam in Provinciali Concilio Terrachonae per bonae memoriae Dominum Johannem Patriarcham Alexandrinum et administratorem Ecclesiae Terrachonae qua cavetur ne clericus beneficiatus pro laicis contra Clericos advocatus vel procurator existat ad religiosos quoscumque; ita quod non recipiant procurationis vel advocacionis officium contra clericos vel alios religiosos seu quascumque personas ecclesiasticas, vel beneficiati clerici contra eos ducimus extendendam. Nos Arnaldus Archiepiscopus Terrachonae subscribimus. Nos Galcerandus Episcopus Vicensis subscribimus.

3. *De reddendo compotum bis in anno per regulares administrationem exercentes.*

Statuimus quoque quod omnes qui in Ecclesiis regularium nostrae Provinciae administrationis

(a) Ex. Cod. Cur. Episcop. Gerund. Inédito.

exercent officium suae ratione dignitatis sive alio nomine de receptis et expensis administrationis suae bis in anno rationem reddant in capitulo praesente Episcopo et conventu, ut fidelitas eorum qui bene administraverint merito commendetur, et omnis tollatur suspicio et malae dispositionis occasio praecedatur. Et si quid superfuerit de proventibus dignitatis sive administrationis de consensu et voluntate Episcopi et capituli in bonos usus et necessarios convertatur.

4. *Quod VI feria post festum Corporis Christi celebretur Missa pro associantibus Christi Corpus cum ad infirmos portatur.*

Non incongruum reputamus ut illos qui jam naturali instinctu ad laudem et honorem Numinis obligantur, per quem vivimus, movemur et sumus, ac frui sua celesti sempiterna gloria speramus, ad id donis spiritualibus propensius inducamur, propter reverentiam et honorem; igitur sacratissimi Corporis Ihesuchristi quod in plerisque locis minus reverenter, cuius laudes propter bona tam spiritualia quam temporalia quae humano contulit generi, nec mens cujusquam posset concipere, nec lingua proferre, approbante Sacro Concilio, statuimus ut in nostra Ecclesia Terrachonae et in aliis Ecclesiis Cathedralibus nostrae Provinciae et in aliis Ecclesiis omnibus Dioecesium praedictarum sexta die post festum sacratissimi Corporis Christi Missa solempniter et honorifice celebretur pro animabus illorum qui dictum sacratissimum Corpus Christi cum ad infirmos portatur sociaverint cum cereis, vel alias impendendo eidem reverentiam, devotionem pariter et honorem. Omnes insuper rectores et presbyteri eiusdem Provinciae anno quolibet incipiendo a dicto festo usque ad sequens proximum pro salute animarum dictorum associantium Corpus Christi, justo tamen impedimento cessante, unam Missam quilibet per aliam faciant celebrari. Adjicientes quod si dictum festum Corporis Christi in vigilia sancti Johannis occurrerit celebrandum, praecedenti die jejunium sancti Johannis mutetur, et observetur prout de die sacro Natalis Domini a sacris est canonibus diffinitum, et die Corporis Christi possint impune comedi carnes.

5. *De assignatione apostolorum appellantis.*

Insuper quia ab aliquibus citra temporibus quidam inolevit abusus per Judices et officiales ecclesiasticos a quibus in vocem appellationis prorumpitur introductus, quem diversorum Doctorum seu glossatorum opinio a nostra praeparavit disceptantium an XXX dies qui dantur Judicibus a quibus vox appellationis seu provocationis emittitur ad concedendum apostolos appellanti currant a die latae sententiae, aliis quod a die appellationis emissae debent currere, propter quod est in iudicum optione quam maluerit praedictorum opinionum eligere, et incertum jure terminum praefigere appellanti, ex quibus appellantes laboribus ac sumptibus fatigantur cum pluries habeant coram appellato seu provocato Judice comparere, quinimo interdum jus appellantium posset ex causis praemissis faciliter deperiri cum appellationes ex hoc reperiantur desertae, affectantes disceptationem praedictam de Terrachonae Provincia radicitus extirpare, et sub tuto et certo ponere appellantes; et ideo sacri approbatione concilii praesenti irrefragabili duximus ordinandum quod dicti XXX dies currant a die appellationis emissae sive a definitiva sententia sive interlocutoria, vel extra iudicium ab illato vel inferendo gravamine appellentur. Adjicientes quod cum a nobis vel suffraganeis nostris vel quibusvis iudicibus ecclesiasticis nostrae Provinciae fuerit appellatum, Nos et ipsi suffraganei nostri et iudices certum diem dictorum XXX, et certum Kalendarium continentem teneamur et teneantur praefigere appellanti ad recipiendum apostolos. Et eadem die et non ulterius appellans habeat comparere appellato seu provocato iudice comparere apostolos recepturus.

6. *Contra exemptos et alios religiosos.*

Frequens plurimorum clamor nostrum propulsavit auditum quod nonnulli religiosi exempti et non exempti etiam de ordine militari potius propriis quam republicae nostrae Provinciae commodis inhiantes, cum eis in personis propriis, locis, hominibus vel aliis bonis suis injuriae dampna aliqua violentia per quem ipsa irrogantur, nos seu curiam nostram et venerabilium fratrum nostrorum suffraganeorum adeunt, ut eis per constitutiones in sacris conciliis Terrachonae contra invasores, rap-

tores et depraedatores hominum, ecclesiarum, rerum ecclesiasticarum et locorum religiosorum sancte et salubriter emanatas succurratur de remedio competenti in dictis constitutionibus expressato, quod quidem remedium cum contra ipsos in dictas constitutiones committentes ad instantiam aliquorum vel alias ex officio proceditur, non curant admittere, nec eisdem volunt subici, sed potius liberari, oblii consilio sapientis quo cavetur parere legem quam ipse tuleris, et canonicis ac imperialibus legibus quae publice profitentur, quod quisque jure in alterum statuit ipse debet uti eo, et frustra legis auxilium invocat qui committit in eam. Nos igitur praefatus Archiepiscopus approbatione eiusdem sacri concilii Terrachonae statuimus quod dicti religiosi etiam si fuerint de ordine militari, sicut pro se dictas constitutiones admittunt, contra se, si in eis commiserint, admittere teneantur. Quod nisi fecerint dictarum constitutionum commodo et auxilio praesentis sanctionis auctoritate ipso facto decernimus esse privatos. Praecipientes dictis nostris suffraganeis, vicariis et officialibus eorumdem ne eo casu ad instantiam ipsorum, nec ex officio dictas constitutiones observent: fuit concessa per omnes; tamen procuratores Monasterii Populeti et sanctorum Crucum eam concesserunt salvis privilegiis ordinis et monasteriorum suorum.

7. *Contra perturbantes nuntios et litterarum Ecclesiarum executores.*

Procedit a rationis et juris tramite quod ubi majus est periculum, ibi proculdubio est plenius et salubrius providendum. Quamquam grave sit et honestum dispendiis et quot et quantis fit plurimum periculis ecclesiasticae jurisdictionis exercitium nostrae Provinciae hiis praesertim temporibus exercere, non solum exacti consideratio temporis docuit, set considerata prudenter praesentis temporis discrimina indicant, quod nonnulli temporale dominium obtinentes, suis terminis non contenti, falcem suam in segetem alienam imponere non verentur, satagentes jurisdictioni ecclesiasticae quantum possunt illudere, ac eam etiam exquisitis coloribus usurpare, executoribus namque seu nuntios nostros et venerabilium fratrum nostrorum Vicariorum aut officialium litteras, et eis et subditis suis seu in dominio ipsorum consistentibus justitiae deferentes, nedum capiunt, immo interimunt, vulnerant et atrociter verberant ac praecepta suis subditis faciunt de interficiendis eisdem in Dei offensam notoriam et ipsorum grande periculum animarum. Qua propter Nos Archiepiscopus supradictus prout decet et expedit talia attemptantes qui ipso jure tanquam inobedientes jurisdictionem ecclesiasticam excommunicati existunt congruis remediis ab huiusmodi ausibus retrahere, et ad Dei semitam reducere cupientes, Sacro approbante Concilio, statuimus quod si talia et tam nefanda crimina, quod absit, per aliquem Ducem, Marchionem, Comitem, Vice-Comitem, Nobilem, Baronem, Militem, Civem, Burgensem generosum vel non generosum, et officiales eorum, Consules, Patriarios, Consiliarios Civitatum vel Villarum, Castrorum et locorum temporale dominium obtinentes vel aliquem ejus loco in nostra Provincia Terrachonae commissa de cetero fuerint, omnia loca, castra seu Villas committentes huiusmodi facinus in Dioecesi in qua commissum fuerit constituta, ipso facto sint supposita ecclesiastico interdicto. Quod quidem interdictum in Ecclesiis Cathedralibus et propinquieribus circumvicinis Ecclesiis, si commode aibi denunciari non potest, sufficiat publicari et processus necessarius fieri in eisdem.

8. *Excommunicatus per constitutiones non absolvitur ad cautelam.*

Naturalis dictat ratio ac experientia manifestat, quod novis morbis nova convenit antidota praeparari. Cumque ab aliquibus citra temporibus nonnulli excommunicati auctoritate constitutionum sacrorum Conciliorum Terrachonae contra invasores, raptos, et depraedatores hominum, Ecclesiarum, rerum ecclesiasticarum et locorum religiosorum salubriter promulgatarum munus absolutionis ad cautelam obtinere nitantur, quod numquam vel raro fieri consuevit, approbatione eiusdem Sacri Concilii hoc fieri prohibemus. Statuentes quod si de facto fieret, non valeat absolutio sic obtenta.

9. *De remittendis clericis criminosis.*

Bonus et gravis Praeses curare debet, ut paccata atque quieta Provincia sit quam regit, quod non difficile obtinebit si sollicite agat ut malis hominibus Provincia careat, eoque conquirit, et prout

quisque deliquerit in eum animadvertere satagit, quod ut frequenter accidit non potest de facili obtineri. Commisso enim per aliquem maleficio in una Dioecesi seu territorio ad aliam se transfert, ne pro suis demeritis puniatur, et cum per suum ordinarium vel alium, in cujus iurisdictione vel territorio crimen commisit de delinquente seu delato petitur seu requiritur ad locum delicti fieri remissio per eum a quo petitur modis plurifariis impeditur, et consequenter injustitia, et inde mala malis et facinoribus cumulantur. Nos igitur Archiepiscopus supradictus, approbante sacro Concilio, ordinamus quod per nos et venerabiles fratres nostros Episcopos et per alios iurisdictionem obtinentes cuiusque conditionis vel status existant, etiam si exempti, vel de ordine militari fuerint, seu iudices ecclesiasticos nostrae Provinciae fiant remissiones ad invicem de omnibus clericis criminosis, cum unus per alterum fuerit requisitus, nisi forsam ille de quo peteretur fieri remissio, contra iudicem remissionem petentem, justam causam allegaverit, et eam probaverit coram iudice a quo huiusmodi remissio peteretur, vel iudex a quo fuit petita remissio eam facere teneatur. Si vero aliquis praemissorum, ut praedicitur, requisitus remissionem criminosi seu delati non fecerit comodo et auxilio constitutionum Sacrorum Conciliorum Terrachonae contra invasores, raptos et depredatores rerum ecclesiasticarum, hominum, ecclesiarum et locorum religiosorum editas se noverit eo ipso privatum. Praedictam vero constitutionem per omnes superius nominatos in virtute sanctae obedientiae, cessante omni fraude et dolo, praecipimus inviolabiliter observari.

10. *Quod nullus extra regnum originarius non Canonicus, aut alias praebendatus possit esse Vicarius aut officialis etiam foraneus in Provincia Terrachonae, alias processus est nullus.*

Archiepiscopalis apicis nos cura invigilare impellit ut quae in Ecclesiis nostrae Provinciae non absque ministrorum dispendio et divini cultus detrimento et obmissione iustitiae quae summum bonum est in rebus fieri viderimus oppositione opportuni remedii quantum cum Deo poterimus succurramus. Cum itaque a longis citra temporibus ad nostrum auditum multorum perduxerit relatio fidedigna quod nonnulli Vicarii officiales Venerabilium suffraganeorum nostrorum absentium exterae nationis plura dampna Ecclesiis inferant, crimina impunita relinquunt, quinnimo passim recepta pecunia absolutionis facinorosis hominibus faciant, qui essent suis demeritis exigentibus perpetua vel temporali poena pleetendi, defunctorum pias ultimas voluntates infringunt, discutunt beneficia pro animarum suarum salute de bonis a Deo eis collatis maximis laboribus instituta defunctorum bona, quae ex ipsorum pia largitione deberent, personis religiosis, mendicantibus vel alias Christi pauperibus erogari, inbursari conantur; et recepta pecunia absolutiones et quitationes faciunt executoribus eorundem; ut de aliis taceamus quaerentes quae sua sunt, potius quam quae Christi, ex quibus perit iustitia propter quod Deus offenditur, jus partium laeditur, delinquendi praeparatur occasio, cum facilitas veniae incentivum tribuat delinquendi, divini cultus minuatur propter beneficia sic contra conscientiam destituta: alii qui forsam beneficia instituere cupiebant, ab institutionibus huiusmodi retrahuntur, destruentes ad geenam edificant, et defunctorum animae qui propter instituta beneficia sperabant per missas et orationes seu beneficia Sacerdotum quos in beneficiis instituerant per Dei clementiam a poenis Purgatorii erui, impediuntur, quod doctes refferimus, ad coelestem patriam convolare. Nos igitur Archiepiscopus praelibatis tot et tantis nephandissimis malis et periculis obviare volentes, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus sacro Concilio approbante, quod de coetero nos nec venerabiles fratres nostri Episcopi Provinciae Terrachonae, qui nunc sunt, vel qui pro tempore fuerint, Vicarios in spiritualibus et temporalibus nec officiales principales vel foraneos teneamus, nec teneant in Dioecessibus nobis et eis creditis exterae nationis, sed de regnis Aragonum, Valentiae, Maoricarum vel Principatu Cathaloniae dumtaxat, nisi extranei constituti Vicarii vel officiales principales essent canonici realiter praebendati, vel de capitulo Ecclesiarum Cathedralium regnorum et Principatus praedictorum, et officiales foranei essent beneficiati in eisdem. Quod si secus factum fuerit seu attemptatum, subditi non teneantur talibus Vicariis seu officialibus in aliquo obedire; immo si facto dicti Vicarii seu officiales procederent contra quemquam, seu iurisdictione aliqua uterentur, sententiae et processus per eos facti sint ipso facto invalidi, irriti et inanes.

11. *De personis ad Concilium mittendis et super impedimento mittentis.*

Praesenti quoque adicimus sanctioni quod nullus ad Provincialia Concilia de caetero admittatur missus per venerabiles fratres nostros Episcopos cum justo fuerint impedimento detenti, vel capitulo Ecclesiarum Cathedralium, nisi sit Vicarius vel principalis officialis vel de capitulo, aut talis persona quae ad tractatus capituli eorundem admitti debeat, vel Doctor seu Baccalarius fuerit in iure canonico vel civili, qui Beneficia obtineant in eisdem, cum melius libertas ecclesiastica per illos qui beneficia et victum recipiunt in dictis Ecclesiis defendi verissimiliter praesumatnr, et periculum non modicum immineat in sacris Conciliis admitti personas extraneae nationis. Qui quidem procurator die ad concilium celebrandum praefixa sufficiens procuratorium deferre habeat, et nobis fidem facere teneatur, in quo sit inserta et fides facta per Notarium publicum de impedimento quo persona citata ad Concilium venire non potest, quod impedimentum ille qui ad Concilium citatus fuerit Notario exprimere habeat, et de ipso imposse ipsius Notarii fidem juramento proprio facere teneatur. Cognitio tamen et decisio an justum fuerit impedimentum necne cognitioni sacri concilii reservetur. Statuentes quod procurator constitutus per unum Episcopum, Capitulum, Abbatem, Priorem vel quemcumque alium saecularem qui ad concilia Provincialia consueverunt admitti, Episcopi, capituli, conventus vel alterius esse non valeat procurator.

Huic autem constitutioni in quantum ees tangit quod non recipiantur de cetero extranei ad officium Vicariatus vel officialatus et etiam contradixerunt Episcopus Valentinus et procurator capituli Valentini, et procuratores Domini Episcopi Gerundensis et Capituli, et procurator Domini Episcopi Illerdensis.

12. *Quid sit pro jure sigilli recipiendum.*

Loqui tenemur, et tacere non expedit, ea quae nostris auribus nuntiarunt fidedigni relatus a tempore enim mortalitatis praeteritae quo Ecclesiae plurimae kathedrales nostrae Provinciae fuerint pastorum solatio destitutae, licet ad eas Praelati praefecti fuerint in quibusdam; tamen eiusdem Provinciae Ecclesiis, de quo dolendum est, Praelati minime resederint, nec hodie resident, propter quod Ecclesiarum detrahitur commodis et honori; quae carentes defensorum auxilio in iuribus suis et libertatibus multipliciter opprimuntur, animarum cura negligitur, et vitiorum sensibus fomentum periculose prebetur. Vicarii enim, officiales, procuratores et Thesaurarii eorundem emolumenta provenientia ex jure sigilli curiae eorundem ultra morem solitum diversis exquisitis coloribus augmentantur, quod in gregum creditorum praejudicium et jacturam et dictis Praelatis haec forsitan ignorantibus ad ambitionis et avaritiae improprium roscitur redundare. Nos igitur praedictus Archiepiscopus, de approbatione Sacri Concilii, statuimus quod nos seu venerabiles fratres nostri Episcopi, Vicarii, officiales, procuratores, Thesaurarii et alii, quocumque nomine nuncupentur, pro jure sigilli nostrae curiae seu curiae Episcopalis Vicariorum seu officialatus eiusdem, plus non exigant pro jure sigilli et collationibus beneficiorum quam reverendus Dominus bonae memoriae Arnaldus Terrachonae Archiepiscopus ultimus praecessor noster, venerabiles bonae memoriae fratres nostri Hugo Valentinus, Jacobus Dertusensis et Illerdensis, Ferrarius Barchinonensis, Arnaldus Gerundensis, Nicholaus Urgellensis, Hugo Vicensis Episcopi consueverunt recipere, (Al margen: Nota.) Quod si secus actum fuerit nos et ipsi illis a quibus ultra exactum fuerit restituere teneamur remissione quacumque nobis nec ipsis facta ullatenus profutura. Et eundem modum habeant servare officiales, qui nunc sunt, quam officiales praedictorum observarunt in recipienda pecunia pro decretis, et Notarii pro scripturis. Et nisi fecerint restitutioni praedictae se noverint subjacere.

Fuit firmata per omnes, sed contradixit procurator Episcopi Gerundensis pro se, et ei adherere volentibus, et appellavit viva voce et peccit apostolos sibi dari prout de jure peti debent.

Quae quidem constitutiones per ipsum Dominum Archiepiscopum Terrachonae praesentibus et assistentibus sibi venerabilibus fratribus suis Hugo Urgellensi et Vitali Valentino Episcopis, ac venerabilium Berengarii Gerundensis, Michaelis Barchinonensis, Stephani Illerdensis, ac R. Vicensis Episcoporum suffraganeorum dictae Ecclesiae Terrachonae absentium, et Capitulorum Cathedralium, procuratoribus, ac venerabilium religiosorum fratrum Arnaldi Populeti, Fratris Guillelmi Sanctarum Crucum, Fratris R. Sancti Johannis de Abbatissis, Fratris Francisci Aggerensis, Fratris Petri de Scarpio Monasteriorum Abbatum, necnon Ademarii Prioris Monasterii Sancti Sebastiani, Romae

Praepositi Minorissae, Poncii Sanctae Mariae de Muro Praepositi absentium procuratoribus aliisque Praelatis, et Procuratoribus Collegiatarum Ecclesiarum Provinciae eadetae extiterunt, Sacro Concilio approbante, ac lectae etiam et publicatae sollempniter. Quae sunt acta in Capitulo dictae Ecclesiae Terrachonae XX die mensis Marcii anno a nativitate Domini MCCCLVII.

CONCILIO DE TARRAGONA

DEL AÑO 1367. (a)

El sábado 13 de febrero del año de nuestra Redencion 1367 se publicaron las constituciones de este concilio provincial celebrado en Tarragona, y presidido por su metropolitano Pedro. Consta de once cánones. todos á cual mas saludables, en los que se demuestra el gran celo de la provincia Tarraconense para el mejor arreglo de la disciplina. En el canon décimo que trata de los notarios se refiere á una constitucion de otro concilio de la misma provincia, presidido por el mismo prelado en el año 1360, de que no tenemos otra noticia, Diego de Ainsa en su *historia de Huesca* dice: Moviose cerca del año 1367 un pleito bien reñido entre el rey D. Pedro IV. y algunos caballeros de una parte, y los eclesiásticos de la otra, acerca de las inmunidades de los mismos eclesiásticos; determinándose en el concilio de Tarragona, que algunos de los PP. conciliares fuesen á la corte romana á consultar esto con el pontífice, y tambien en lo tocante y concerniente al culto divino, echaron mano de D. Guillen de Torrellas, obispo de Huesca, que lo era ya de Barcelona. Fué á Roma y negoció, como se esperaba.

No se dice quienes fueron los PP. que asistieron á esta reunion, ni cuales enviaron procuradores. Tampoco llevan todos los cánones sus sumarios; y es extraño que unos los tengan y otros no: pues rara vez deja de haber uniformidad. Tambien difiere algo la ortografia de este concilio de la usada en los otros coetáneos: nosotros la hemos reducido á la pureza latina, menos en algunas palabras que hemos dejado porque marcaban la diferencia.

El canon primero se ocupa de ensalzar la obra tan meritoria que se ejecuta acompañando al Santísimo viático cuando se lleva á los enfermos, haciendo oracion de rodillas cuando se oye la campanilla; y tambien orando en la misa despues que el celebrante dice: *Gratias agamus* etc. se reza de rodillas y con devocion: *Domine Jesu—Christe Fili dei vivi meritis tuae sacratissimae Passionis miserere mihi peccatori*: concediendo indulgencias etc. No quiere el segundo que los vicarios generales ni los oficiales generales deleguen en fraude de las partes las causas que deben fallar gratis: ni que puedan en ellas abogar por nadie. Tambien prohibió, y muy justamente, el canon tercero, que personas legas fallasen causas eclesiásticas: y al efecto ordenó que no sean en adelante deanes, oficiales foráneos, fiscales ni procuradores, sino presbíteros ó al menos tonsurados. Para evitar extravíos de documentos y alteraciones en ellos ó falsificaciones mandaron en el canon cuarto que no se sacaran fuera del término del lugar ó de la parroquia las notas ó escrituras públicas ó protocolos. No se quiso tampoco que los señores temporales ni sus representantes, pudieran hacer inventarios, escrituras etc. en los registros ó escribanías de las iglesias, en fraude de los derechos de sus antiguos poseedores. En el sexto se mandó tambien que en los pueblos donde hay escribanías de propiedad de los prelados, abades, iglesias ó párrocos nadie reciba instrumentos públicos, testamentos ni ninguna clase de contratos, bajo pena de excomunion, sin

(a) Inédito. Ex Cod. Curiae episc. Gerund.

licencia espresa de los referidos propietarios. Que se haga inventario de cuantas fincas, censos, derechos etc. poseen las iglesias, para que nada de su patrimonio perezca. Lo demas puede verse con estension en su lugar oportuno.

CONSTITUTIONES DOMINI PETRI SANCTAE TARRACHONAE ECCLESIAE ARCHIEPISCOPI.

Fuerunt publicotae die Saõbati XIII. die Februarii Anno a Nativitate Domini M. CCC.LX. Septimo in Concilio Terrachonae celebrato.

1. In nomine Dei Amen. Ad muneris Metropolitanis nobis desuper injuncti officium disponente Domino licet immeriti evocati circa curam Ecclesiarum, Monasteriorum ac piorum locorum solertia reddimur ineffensa solliciti, ut juxta debitum eiusdem pastoralis officii ipsorum occurramus dispendiis, et divina cooperante clementia animarum profectibus salubriter intendamus. Scita igitur Sanctorum Patrum ac sacra praecepta apostolica spetialiter nobis facta de praesenti Concilio celebrando devote ac humiliter exsequentes ad laudem divini Numinis Cleri populi que profectu constitutiones et ordinationes subscriptas: Nos Petrus miseratione divina Sanctae Terrachonae Ecclesiae Archiepiscopus, sacro approbante Concilio, ordinamus in primis ad Divinum explendum obsequium reverentiam tam debitam quam devotam Sacratissimo Jhesu Christi corpori impendendam, coelestemque iram placandam, cupientes Clerum et populum donis spiritualibus propensius animare Universis et singulis Christi fidelibus in Terrachonae Provincia constitutis qui Eucharistiam quae ad infirmos pro comunicando defertur associaverint, eundo ac ad Ecclesiam redeundo, Quadraginta dies de injunctis eis poenitentis pro qualibet vice seu actu hujusmodi praedictorum et subscriptorum misericorditer in Domino relaxamus. Quam quidem remissionem et indulgentiam ad illos etiam extendi volumus qui cum pulsatur in Ecclesias squilla pro Sacratissimi Corporis Christi elevatione flexis humiliter genibus devote oraverint ac magnificaverint nomen Dei, necnon ad illos qui prolatis per Presbyteros in canone Missae verbis *Gratias agamus* etc. flexis genibus verba protulerint humiliter infrascripta: *Domine Jhesu Christe Fili Dei vivi meritis tuae sacratissimae Passionis miserere michi peccatori.* Ad praemissas remissiones et indulgentiam concedendas in suis Dioecesibus venerabiles fratres nostros Episcopos in Domino exhortantes, et ut ad praedicta Clerus et populus facilius inclinentur, et ne ignorantia super ipsis praetendi valeat, praesentem constitutionem bis in anno, scilicet, in festo Nativitatis et Sanctae Resurrectionis Domini in Ecclesiis cathedralibus et aliis curatis totius Provinciae per rectores et perpetuos Vicarios seu loca tenentes eorundem in virtute sanctae obedientiae perpetuo praecipimus, cum major multitudo populi ad divina convenerit publicari.

2. *De causis non committendis.*

Fraudes commissas ac hactenus de medio extirpare, ac committendas in posterum praecindere quantum Deo auctore poterimus satagentes, praesenti constitutione perpetuo valitura sanximus, ut nullus Vicarius generalis, officialis principalis noster vel venerabilium suffraganeorum nostrorum, causas quas jure ordinario et gratis absque ullo salario tenetur decidere, in fraudem partium vel aliorum quorum intersit, deleget. Quod si secus egerit, ipso facto excommunicationis se noverit sententiam incurrisse. Prohibentes insuper ne in causis praedictis posito quod juste eas possent committere pro neutra parte officium advocacionis assumant. Quod si fecerint, ipso officio, cui tunc praesidebunt, cum infamia ultra juris poenas contra tales editas, perpetuo sint privati, et effectu inhabiles ad alia officia similia obtinenda. Episcopi Gerundensis et Vicensis concedunt haec sub certis conditionibus. Contradicunt Archidiaconus Dertusensis pro Episcopo, Bernardus Urdini, et Johannes de Berga pro Episcopo Valentino.

3. *Non decet causas ecclesiasticas per personas laicas pertractari.*

Statuimus quod in curiis nostra et suffraganeorum nostrorum non constituentur seu ponantur ut

sint de coetero Dechari officiales foranei, procuratores, fischales, nisi Presbyteri vel saltem simpliciter tonsurati, de quibus verissimiliter praesumatur quod debeant ad sacros ordines promoveri. Quod si secus actum seu ordinatum extiterit processus qui cum praedictis fient, ipso facto absque exceptionis ope, careant viribus et effectu. Contradicit Episcopus Vicensis.

4. *Quod Notae seu scripturae publicae non extrahantur extra fines loci vel Parrochiae.*

Sacro Concilio approbante statuimus ut nullus rector seu Vicarius vel quivis alius Notarius seu locum tenens rectoris, Vicarii seu Notarii cuiuscumque Ecclesiae loci seu parrochiae nostrae Dioecesis et Provinciae Terrachonae, aut alia quaecumque persona ecclesiastica vel etiam saecularis, notulam seu notulas aut protocollum seu protocolla, notularum ipsius Ecclesiae loci seu parrochiae instrumentum, seu instrumenta, aut quamcumque aliam scripturam publicam, quod vel quae idem Notarius vel locum tenens Notarii tenere debeat, extra fines aut terminos loci seu parrochiae aut Notariae ipsius extrahat seu extrahi faciat quovis modo absque nostra vel venerabilium fratrum nostrorum aut Vicariorum seu officialis nostri, vel eorum vel aliorum Praelatorum Dominorum scribaniarum speciali licentia et permissu. Quicumque autem huiusmodi prohibitionis seu statuti temerarius extiterit violator, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, a qua absolvi nequeat nisi prius Ecclesiae, loco seu parrochiae ipsi, et passis inde injuriam sive dampna, integre satisfecerit arbitrio nostro vel dictorum suffraganeorum nostrorum aut Vicariorum seu officialis nostri vel eorum de transgressione huiusmodi nichilominus puniendus.

5. Quia nonnulli Domini temporales bajuli vel officiales eorum in locis in quibus scribaniae sunt et fuerunt hactenus Ecclesiarum ab aliquibus citra temporibus postquam iurisdictionem dictorum locorum civilem vel criminalem iidem Domini temporales emerunt iura ad dictas Ecclesias scribanias vel rectores ipsarum vel ad alias personas ecclesiasticas ratione instrumentorum et aliarum scripturarum pertinentia in fraudem et detrimentum praedictorum rectorum et ecclesiarum et aliarum personarum ecclesiasticarum permittunt seu usurpare nituntur, faciendo in registris suis vel suorum officialium scribi inventaria, contractus et alia de quibus erant per dictos rectores seu eorum Vicarios vel alias personas ecclesiasticas instrumenta publica facientia propter quod evidenter diminuti fuerunt et diminuuntur redditus, proventus et emolumenta ad dictos rectores et Ecclesias et personas ecclesiasticas alias pertinentia, talia deinceps sub excommunicationis anathemate quam contrarium faciens ipso facto incurrat, fieri prohibemus, a qua absolvi nequeat donec de dampnis eisdem Ecclesiis et rectoribus ad arbitrium Dioecesani huiusmodi usurpantis Vicarii generalis vel officialis principalis ipsius fuerit plenarie satisfactum. Sciantque praefati Domini temporales, bajuli vel officiales praedicti se ad restitutionem dampnorum jam per eos illatorum eisdem Ecclesiis et rectoribus teneri, si divinam evitare cupiunt ultionem.

6. *Quod recipientes instrumenta vel alios contractus, in locis in quibus scribaniae sunt Praelatorum vel Ecclesiarum, sunt excommunicati.*

Cum nullus in alienam segetem ponere debeat falcem suam, approbatione huius Sacri Concilii, quoscumque Notarios vel scribas publicos qui in locis in quibus Notariae seu scribaniae ad Praelatos, Abbates, Ecclesias vel rectores eorundem pertinent, instrumenta, testamenta vel quoscumque alios contractus deinceps receperint, excommunicationis vinculo innodamus, nisi ea fecerint de expressa licentia de qua apparuerit, eorundem instrumenta et alia sic confecta careant roboris firmitate: nostrae tamen intentionis existit quod Notariae nostrae Archiepiscopi et venerabilium suffraganeorum nostrorum et capitulorum Ecclesiarum Cathedralium in locis praedictis utantur prout hactenus est fieri consuetum. Contradicit Praepositus Minorissae ad constitutionem *Item* etc.

7. *Super Copibreviando.*

Quia rei evidentia docuit plura censualia et redditus beneficiorum ecclesiasticorum in toto aut in parte fuerunt perdita et alienata, redditus diminuti, et iura alia defraudata propter praesentium suis beneficiis incuriam seu per mortem, ideo Sacro approbante Concilio, statuimus et ordinamus quod omnes Praelati, et aliae personae ecclesiasticae tempore adhipiscendae possessionis suorum

beneficiorum faciant inventarium de omnibus inventis seu reperitis in hospitibus, castris seu aliis locis suarum dignitatum, officiorum seu beneficiorum, sive sint instrumenta, libri, capitibrevia facere teneantur infra sex menses a tempore pacificae possessionis adeptae. Et obtinentes nunc ipsa beneficia infra annum a praesenti die in antea computandum habeant capitibreviare. In quibus quidem capitibreviis ponantur seu designentur specificè eorum redditus, censualia, et alia jura universa, nomina facientium censualia, et confrontationes proprietatum quae sunt dictis dignitatibus et beneficiis obligata. Et dicta inventarium, capitibrevia et aliae scripturae publicae ponantur et conserventur infra alium mensem immediate sequentem in aliquo certo loco et securo per eorum Dioecesanum Episcopum et eius Capitulum deputando. Quod si contra praemissa seu eorum aliquod actum fuerit per aliquem seu omissum ad sui superioris arbitrium puniatur. Contradicit Procurator Abbatis de Gallicantu propter brevem terminum.

8. Quia fraus et dolus nulli debent patrocinium impertiri, statuimus quod contrahentes alicuius parochiae aut Abbatum seu aliarum personarum ecclesiasticarum ad quas seu quem competit publica conficere instrumenta, vel alios quoscumque contractus seu obligationes recipere ad conficiendum instrumenta per rectorem vel alium quemcumque Notarium ut in alia parochia praedicta instrumenta recipiant, non inducant excommunicationis sententiam ipso facto, si secus actum extiterit incursuri, a qua nullatenus absolvantur, nisi Ecclesiae rectori seu dampnum passo, de salario quod erat eidem debitum, si instrumenta vel contractus huiusmodi recepisset, fuerit plenarie satisfactum.

9. Abusum qui in aliquibus locis Terrachonae Provinciae inolevit per quem fuerat introductum quod ecclesiastici iudices in appellationibus ab eis emissis nimis prolixos apostolos seu litteras dimissorias in gravamen et detrimentum appellantium concedebant penitus detestantes, talia de caetero fieri per Praelatos, officiales vel Iudices ad quos praemissa concedere pertinent, sub obtestatione divini iudicii, et in virtute sanctae obedientiae fieri prohibemus. Contradiciunt Gerundensis et Vicensis Episcopi.

10. De Notariis.

Denique quia in concilio per nos celebrato anno Domini M.CCC.LX, in constitutione quae incipit: *Desideriae* etc. fuerat ordinatum quod rectores et alii Notarii ad quos pertinet in protocollis vel cedulis contractus scribere largo modo sive etc. et quod eis instrumentorum salaria taxarentur, taxationem praefatam remittimus ad ordinarios in suis Dioecesibus per se, vicarios vel officiales suos debite faciendam. Contradicit Praepositus Minorissae.

11. Grandia dampna et pericula quae Ecclesiis, Monasteriis et aliis piis locis Praelatis et personis ecclesiasticis obvenerunt hactenus et in praesentiarum obveniunt in Provincia Terrachonae diabolica instigatione quorundam qui de Christi patrimonio subimati detestantes adscribi militiae clericali ponentes ad aratrum manam retro vitam elegerunt ducere laicalem tollere affectantes, sacro approbante Concilio, statuimus quod quicumque de cetero in canonicum Cathedralis Ecclesiae assumptus fuerit, ne a statu retrocedere valeat clericali infra annum a die pacificae possessionis adeptae computandum, post quam ad legitimam aetatem pervenerit ad ordinem Subdiachonatus saltem legitimo impedimento cessante se faciat promoveri. Alias ex tunc canoniam quam adeptus fuerit sit ipso facto privatus, alii per alios ad quos collatio pertinuerit libere conferenda. Contradiciunt Bernardus Urdi pro capitulo Barchinonae, Johannes Mercerii pro Capitulo Urgellensi, et Archidiaconus Impuriarum.

Die jovis vicesima nona mensis Aprilis anno a nativitate Domini MCCCLXVII. in qua die sancta Synodus fuit celebrata in katedrali Ecclesia Gerundensi de mandato reverendi in Christo Patris et Domini Domini Eneci Dei gratia Episcopi Gerundensis in plena Synodo fuerunt publicatae praedictae undecim superius proxime insertae constitutiones Terrachonenses per me Nicolaum Figuera Clericum et Notarium publicum ipsius reverendi Domini Episcopi. Et idem Dominus Episcopus ibidem etiam in sua Dioecesi universis et singulis Christi fidelibus qui omnia et singula fecerint et compleverint contenta in prima ipsarum constitutionum incipienti: *In primis ad divinum exemplum obsequium* etc. pro qualibet vice seu actu contentorum in ipsa constitutione Quadraginta dies Indulgentiae de injunctis poenitentis misericorditer in Domino relaxavit. Praesentibus et ad haec

vocatis Discretis Petro de Podio, et Petro de Ecclesia Presbyteris Beneficiatis in Ecclesia Gerundensi, et pluribus aliis.

CONCILIO DE TARRAGONA

DEL AÑO 1369.

A un código del archivo de la iglesia episcopal de Gerona se debe este concilio, del que los colectores españoles no tenían noticia; y de los extranjeros solo Martene copia la constitucion tercera, que es la que nosotros pusimos en el tomo III. pág. 597; de modo que es inédito. No fue el dia siete de Marzo cuando se celebró este concilio, como creyó Martene, engañado sin duda por la palabra *Mercurii*, que leeria *Martii*, sino en siete de noviembre, dia miércoles. Ignoramos los PP. que asitieron pues no los espresa el mencionado código. El número de sus constituciones es de diez. El latin es muy bárbaro, aunque no se leen solecismos: y siguiendo nuestra costumbre hemos corregido los barbarismos generales á aquella época, dejando los particulares de este documento, ó los muy pocos usados. Unas constituciones llevan sumario; otras no, como en el anterior concilio de esta misma ciudad del año 1367. El prelado presidente fue el mismo, el arzobispo Pedro. Sus constituciones son en su mayor parte nuevas, aunque algunas son reproduccion de otras, si bien muy modificadas. El espíritu de mansedumbre evangélica brilla en estos cánones, pues no solo tratan de apartar el mal de los eclesiásticos, sino hasta de remover la menor sombra, que pudiera empañar su estado. Por el cánón primero y décimo venimos en conocimiento, de que no obstante los reiterados mandatos conciliares, varios eclesiásticos estaban dominados de la incontinencia, pues el primero se ocupa de los clérigos concubinarios, mandando que no se los multe, como hasta allí, puesto que este castigo no servia de enmienda; sino que sufran en su persona de las maneras que espresa con mucha sabiduría: y el segundo ó sea el décimo, prohíbe que los clérigos dejen cosa alguna por testamento ó de cualquier otro modo á su prole ilegítima. El cánón II. reprueba como opuesto á la mansedumbre evangélica, el porte de armas á los eclesiásticos, sin causa racional, bien caminen á pié ó á caballo, prohibiéndoles ademas que se presenten armados en las ciudades, villas ó castillos en los que suelen ocurrir riñas; porque semejantes personas, ni deben hacer daño á nadie, ni estar entre los ofensores. El III es un remedo de la mas antigua disciplina de la iglesia, que no consentia que se alistara en el clero ningun siervo, condicional, curial ni generalmente hablando, ninguno que estuviera obligado á prestar á otro qualquier obra servil. El V. quiere que el prelado de una catedral dé á su iglesia ciertos ornamentos de paño de seda, cuyo valor no baje de 300 florines de oro. Bajo pena de excomunion se manda en el cánón V. que á los bienes de los difuntos se les dé la inversion que ordenaran sus dueños. Mucho debian aborrecer estos PP. la negociacion ejercida por clérigos cuando en el cánón VI. los tratan con tanta dureza. Tambien prohibieron con suma justicia en el cánón VII. que se arrendaran los derechos del sello episcopal ó prelacial, porque no cabe duda que los compradores ó arrendatarios procurarian sacar mayores lucros, aunque fuera por medio de vejaciones: esto sucede en todos los arriendos. El cánón VIII. miró porque no se impusieran á los eclesiásticos ciertos pechos y gabelas, que no debian pagar: y mas aun se opuso á la forma de exaccion: Y el IX es casi idéntico al XI del concilio tambien de Tarragona de 1367.

1. *Qualiter concubinarij debeant puniri.*

Quamvis ad decorem domus Dei circa vitam, honestatem, ac continentiam Clericorum in Dei conspectu divina ministrantium sacramenta per sanctiones canonicas et Provinciales constitutiones alias sit provisum; quia tamen nonnulli punitiones pecuniarias Episcoporum non formidantes cor-

reccionem ipsorum criminum deducant penitus in contemptum: Nosque debitum nostri officii exsolvere cupientes, sacro approbante Concilio, statuimus, et in virtute sanctae obedientiae districtè praecipimus, ne aliquis Episcopus per se vel per alium, Clericos concubenarios, beneficiatos, seu in sacris ordinibus constitutos, qui in domo propria vel aliena teneant publice concubinas, quorum concubinatus non possit aliqua tergiversatione celari, ex quo bis eos vel eorum alterum in concubinato invenerit et puniverit, possit in pecunia vel bonis aliquo modo punire; sed tales concubenarios et eorum quemlibet teneatur in persona seu eorum beneficiorum privatione, seu ad tempus suspensione, aut ab eorum ordinum executione punire eius conscientiam onerando. Proviso tamen quod fructus beneficiorum advenientes durante tempore dictae suspensionis, si forte fieri contigerit occasione praedicta convertantur in utilitatem dictorum beneficiorum. Coeterum cum ex ingenio calliditatis humanae naturae protervitas criminum proteletur, convenit super hoc de speciali remedio providere; idcirco eodem approbante Concilio providemus, ne de cetero alicui Clerico in crimine concubinatus publice ut praedicatur constituto, cuiuscumque status seu conditionis existat, beneficium ecclesiasticum quocumque nomine censeatur conferri possit ullo modo; et si collatum fuerit, collatio huiusmodi sit nulla ipso jure. Et si talis Clericus concubinarius, Praelatus, seu canonicus Ecclesiae Cathedralis vel Collegiatae fuerit, ad communes tractatus Capituli vel ad curias generalès vel Concilia minime admittatur, nec possit tenere officium aliquod honoris alicuius Episcopi seu Praelati.

2. Cum usus armorum Clericis sit prohibitus, et maxime qui gestum et habitum clericalem deturpat; propterea, sacro approbante Concilio, sancimus, quod nullus beneficiatus, seu Clericus in Sacris ordinibus constitutus, amodo absque justa et rationabili causa, equitando vel peditando portet lanceam et scutum vel ballistam cum sagitis, nec ad sonum de Viafors seu ritxam, quae aliquando in Civitatibus, Villis, vel Castris, seu locis fieri contingunt, exeant cum armaturis praedictis; cum non sit licitum Clericis aliquem offendere, nec inter offendentes existere, nisi causa defensionis sui, vel rerum suarum. Qui vero contrarium fecerit, nisi ex justa vel rationabili causa, ut praefertur, vel nisi de licentia sui superioris hoc fecerit, poenam viginti solidorum incurrat pro qualibet vice, quo culpabilis inventus fuerit in praedictis applicandam Praelato Ecclesiae.

3. *Quod nullus de redemptione tonsuretur non praestita idonea cautione Domino Episcopo.*

Cum juri sit consonum, ut quilibet in suis juribus foveatur, et factum unius alteri nocere non debeat, eodem approbante Concilio statuimus et ordinamus, quod quilibet Episcopus cum clericales tonsuras vel alios ordines in aliqua Civitate, Villa, vel castro duxerit conferendas habeat in principio proponere edictum per se vel alium loco sui, quod et ipse Episcopus non intendit promovere ad dictam clericalem tonsuram vel alios ordines, nec admittere aliquem de redemptione existentem alicuius Domini Ecclesiastici vel laici temporalis. Et si aliquis de redemptione apparuerit qui velit dicta clericali tonsura vel aliis ordinibus insigniri; si sui juris fuerit, alias eius pater, tutor, vel curator vel alius pro eo ante habeat praestare cautionem idoneam cum juramento in posse dicti Episcopi quod conveniet cum Domino suo de jure competenti eidem domino ratione redemptionis, si et quando ipsi Domino placuerit. De qua protestatione et cautione habeat fieri scriptura in libro vel registro ordinum ipsius Episcopi ad memoriam rei gestae.

4. Cum ex officio caritatis illi teneamur obnoxii a quibus nos cognoscimus beneficia recepisse, hoc eodem approbante concilio ordinamus quod quicumque de cetero praeficiatur in Episcopum alicuius Ecclesiae Cathedralis Provinciae Terrachonae teneatur facere et assignare Ecclesiae Cathedrali in qua assumptus fuerit infra triennium capellam integram de panno serico vel de alio cum necessariis forraturis valentem ad minus trescentos florenos auri. Alias ex tunc quod non sit ausus recipere ornamenta Ecclesiae pro servitio ejusdem extra ipsam, nec teneantur praepositi seu alii qui ad hoc tenentur ei dare canonicam portionem, si forte ex consuetudine, statuto vel alio jure recipiat in eadem, donec dictam capellam fecerit et assignaverit dictae Ecclesiae, ut praedicatur, cum effectu. Et si praedicti praelati infra dictam capellam fecerint prout tenebantur per constitutionem Terrachonae quae incipit: *Cum ob honorem Dei* etc ad aliam capellam faciendam post obitum suum non teneantur, nec eius bona remaneant obligata. Sed si forsitan infra praedictum tempus non fecerint, postea vel post obitum suum dictam capellam de dicto valore trecentorum flo-

renorum facere teneantur et eorum bona ad hoc remaneant obligata. Verum si infra dictum triennium mortui fuerint, vel translati, ante quam dictam capellam fecerint, ad illam nichilominus faciendam teneantur, et ejus bona remaneant obligata.

5. Cum nihil sit tam naturale quam voluntates defunctorum exequi juxta volum eorumdem, et nonnulli Vicarii generales, officiales principales et Decani vel officiales feranei Episcoporum vel aliorum Praelatorum seu Priorum et commissariorum eorumdem ad quos competit praefata executio de jure vel approbata consuetudine, aut aliquotiens in proprios usus bona defunctorum quae in pios usus converti aut inter pauperes dividi deberent juxta ordinationem testatorum convertere non expavent: Nosque huic abusui volentes occurrere praefato approbante Concilio ordinamus, ne aliquis praedictorum pecunias seu bona defunctorum quae in pios usus existunt convertenda, aut inter pauperes dividenda, in proprios usus ipsorum convertant, sed ea deductis expensis et salariis moderatis distribuant et distribui faciant secundum voluntates ultimas defunctorum. Alioquin Vicarios et alios prenomatos sententiam excommunicationis volumus incurrere ipso facto, a qua non possint absolvi quousque plenam satisfactionem fecerint de praedictis convertendam in pios usus juxta voluntatem ut praedicitur defunctorum. Quam absolutionem possint facere ordinarii, eorum satisfactione tamen praemissa.

6. *Contra negotiatores clericos.*

Avaritiae coecitas et dampnandae ambitionis improbitas ita animos quorundam excaecant, ut quae sunt sibi prohibita aliis exquisitis coloribus usurpant. Hinc est quod nonnulli clerici beneficiati seu in sacris ordinibus constituti sub colore faciendi sibi et suae familiae provisionem, granum et annonam vel vinum in tantam quantitatem emant, quod retenta provisione de hoc quod superest, mercimonium publice faciunt, ac si essent laici publici mercatores. Nosque attendentes quod secundum eloquium sacrae Scripturae Clericos negotiatores, ut pestem fugere debemus, eodem approbante Concilio sancimus, ne aliquis clericus beneficiatus, seu in sacris ordinibus constitutus sit ausus emere bladum, vindemiam vel vinum, cum ex hiis maior quam in aliis introducatur caristia, nisi ad suam et suae propriae familiae dumtaxat provisionem. Et si forte deducta praefata provisione aliquid sibi superfuerit, et ad decem saumatas bladi, et ad decem saumatas vini non ascenderit, licentiam vendendi concedimus et facultatem, cum ita limitate provisio fieri non possit. Alias de his quae plus praefati clerici emerint scienter in fraudem, quod verissimile sit, pro causa negotiationis emerint, Episcopus sub cuius jurisdictione fuerint dicti clerici, et aliis Praelatis jurisdictionem habentibus medietas adquiratur; alia vero medietas fabricae vel ornamentis Ecclesiae ubi domiciliati fuerint ipso jure applicetur. Hanc autem constitutionem ad illos qui ratione conventus, collegii vel alterius administrationis habent facere provisiones, vel ad illos qui redditus aut proventus ecclesiarum seu clericorum emerint quoad ipsos redditus et provisiones praedictas extendi nolumus ullo modo.

7. Quia secundum Apostolum nedum a malo, sed ab omni specie mali est abstinendum; et nedum fraudes sunt vitandae, sed etiam via eisdem est pro posse praeccludenda, ordinamus et statuimus eodem approbante Concilio, quod emolumenta proprii sigilli Episcoporum seu Praelatorum infra Provinciam consistentium non possint per quoscumque specialiter vendi, seu etiam arrendari. Et si contrarium factum fuerit arrendatio seu venditio ipso facto nulla existat, et arrendatores seu emptores sententiam excommunicationis incurrant.

8. *Super peytis, quaestiis et talliis per Clericos non solvendis.*

Item cum nonnulli Domini temporales, universitates Civitatum villarum et Castrorum ac locorum, et Judices et aliae personae saeculares compellant clericos per emparam et pignorationes et venditiones censualium honorum et jurium beneficiorum et aliorum honorum suorum, et alias ad contribuendum et solvendum in Peytis, Quaestiis, Talliis et aliis exactionibus imp sitis seu indictis per eosdem, et in casu quo in illis vel aliquibus eorum solvere et contribuere tenerentur, non tamen per eos sunt de jure compellendi, set per eorum judicem ecclesiasticum competentem; ideo sacro Concilio approbante statuimus quod si praedicti Domini et alii superius nominati compulerint seu coegerint

directe vel indirecte clericos beneficiatos vel in sacris ordinibus constitutos, aut quoscumque religiosos ad contribuendum et solvendum in Peytis, Quaestiis, Talliis et aliis exactionibus supradictis, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto. Si autem dictae Universitates dictam compulsionem fecerint seu fieri fecerint, eo ipso subjaceant ecclesiastico interdicto. A qua quidem excommunicatione non absolvantur, nec dictum interdictum relaxetur donec dictam compulsionem revocaverint, et de dampnis satisfecerint plenarie et expensis.

9. Cum nudius in sacro Concilio quod continuando celebramus ordinaverimus quod quicumque in canonicum Ecclesiae Cathedralis assumptus fuerit infra annum a die pacificae adeptae possessionis computandum, postquam ad aetatem legitimam pervenerit ad ordinationem subdiaconatus (a) saltem legitimo impedimento cessante, se faciat promoveri, alias canoniam quam adeptus fuerit, sit privatus ipso facto, alii per alios ad quos collatio pertinet libere conferenda; cumque ante dictam constitutionem nonnulli fuerint, et sint canonici Cathedralium ecclesiarum, et in ipsorum canonicatibus pacifica possessione qui saltem ad ordinem subdiaconatus, cessante legitimo impedimento, non se fecerint promoveri; ideo eodem Concilio approbante praedictam constitutionem, quod praefati Canonici et Presbyteri de Capitulo si aetatem legitimam habent infra annum a die praesentis constitutionis publicationis, quam etiam volumus fieri in dictis Ecclesiis Cathedralibus, vel cum aetatem legitimam habuerint ex tunc immediate computandum, se faciant saltem cessante legitimo impedimento promoveri ad ordinem subdiaconatus. Alioquin eo ipso canoniam et Praebendis quas obtinent et beneficiis quae obtinent in dictis Ecclesiis, et quae obtinere non possent nisi essent canonici praebendati sint privati, conferendis per illos ad quos pertinet collatio eorundem.

10. *Quod clerici non possint aliquid dare filiis suis spuriiis.*

Quia bona quae ab ecclesiasticis beneficiis habentur per rectores seu administratores eorundem beneficiorum debent in utilitatem eorundem beneficiorum et non in profanis usibus applicari, et in hiis quam plurimi abutantur, idcirco sacro approbante Concilio statuimus ut de cetero nulla ecclesiastica persona beneficiata, cuiuscumque status, dignitatis, gradus, ordinis vel religionis vel conditionis existat, habens prolem illegitimam, eidem proli terras, possessiones, honores seu alia jura suorum beneficiorum audeat stabilire seu in emphiteosim concedere, nec eidem proli aliquid in vita vel morte seu testamento de pecunia, seu de aliis bonis quae a dictis suis beneficiis adquisiverit per se vel interpositam personam vel alio quaesito colore donare, concedere seu legare, dari seu legari facere. Alias quidquid tali proli fuerit, ut praefertur, in vita vel in morte datum seu relictum, medietas in ornamentis beneficii seu beneficiorum ipsius donantis seu relinquentis erogetur, et reliqua medietas eius ordinario applicetur.

Fuerunt publicatae dictae constitutiones Terrachonenses de mandato reverendi in Christo Patris et Domini Domini Jacobi Dei gratia Episcopi Gerundensis in Ecclesia cathedrali sedis Gerundae et Ecclesia Sancti Foelicis civitatis Gerundae dum Clerus convenit ad divina, die Dominica XXV. Mensis Novembris Anno a Nativitate Domini M.CCC.LXIX per me Nicolaum Figuera Clericum et Notarium publicum reverendi Domini Episcopi Gerundensis.

(a) V. el cán. XI. del concilio anterior de esta misma ciudad.

CONCILIO DE TARRAGONA

DEL AÑO 1391.

Este es el primer concilio provincial presidido por el arzobispo Eneco en el año 1391, día 12 de abril. Diez y seis constituciones promulgó: unas nuevas, y otras reproduciendo las antiguas, aunque con algunas variantes. Son inéditas, y su memoria se ha conservado en dos códices; uno de la Santa Iglesia de Gerona, y otro de la de Solsona. No sabemos cuantos obispos asistieron; pues aunque antes de la primera constitucion hay un prefacio, nada dice de esto.

El cánon primero está lleno de piedad, y se ocupa de lo que debe hacerse cuando se canta el *Te Deum*, de los que tienen velas encendidas cuando en la misa se eleva la hostia y el sagrado cáliz, y las indulgencias que con este proceder ganan los fieles. Para que los sacerdotes puedan celebrar el sacrosanto sacrificio de la misa con la mayor pureza de conciencia, les concede el cánon segundo la facultad de absolverse mutuamente, no siendo de los casos reservados. Da el tercero reglas para la administracion del bautismo á los niños. Manda el cuarto que en las iglesias donde haya al menos doce ministrantes, se ponga en el coro todos los años un libro sujeto con una cadena, en que se lea todo lo relativo al oficio divino en aquella iglesia, á fin de evitar turbaciones y escándalos. La constitucion cuarta es tercera reproduccion. La quinta impone multas á los que debiendo venir al concilio, no cuiden, ni envíen procuradores. Para precaver que desapareciesen los derechos feudales de las iglesias, y que se viniera alegando la posesion de largo tiempo como libres, ordenó el cánon sexto, que se los hicieran reconocer siempre que variaran de feudatarios. La conservacion de las cosas eclesiásticas fué objeto de la prevision del cánon séptimo, mandando no solo que no se vendieran, sino que no se dieran perpétua ó vitaliciamente, sino á lo mas por tres años. Da reglas el octavo para precaver las injurias que se irrogan á los eclesiásticos, y para castigarlas si ellos por miedo no se atreven á quejarse. En el noveno mandaron muy acertadamente, que los ordinarios ni sus oficiales no absuelvan de la excomunion á los que á instancia de parte estan ligados á ella, hasta que den satisfaccion de los agravios. A fin de evitar vejaciones á los clérigos se ordenó en el cánon décimo que los procuradores fiscales juren que los cargos que les van á hacer los tienen por verdaderos: y no siendo así, que no se empiece la causa. En el undécimo encarga á los jueces que no se valgan de los fiscales, sino que lo ejecuten por sí mismos, para recibir lo que se objeta, antes de ofrecer la causa al delatado; y antes de causarle molestia alguna. El décimo es una reproduccion y aclaracion de las anteriores disposiciones contra los invasores, raptos etc., de las personas y cosas eclesiásticas. El trece se ocupa de prevenir los daños que los señores temporales querian irrogar á las familias de la iglesia imponiéndoles ciertas obligaciones ó fianzas. Emplea el décimo cuarto las censuras eclesiásticas contra los oficiales regios y otros que á la fuerza querian hospedarse en casa de eclesiásticos. El quince, manda que cada iglesia tenga un libro, en que consten sus derechos: lo que ya estaba anteriormente prescrito. El último se opone á que se concedan separadamente de las dignidades y oficios á que están anejos, y menos á legos, las escribanías, bailias, vicarías, alguacilazgos, castellanías y alcaldías. Por lo que resalta de este sumario se conoce la importancia de este concilio.

Animarum nobis ab alto commissarum regimini divina favente clementia, licet immeriti praesi-

dentibus, curis sollicitamur, continuis vacamus instantiis et studium sollicitudinis impertimur ut tranquillo statui subditorum occurrere et eorum animas lucrì Domino facere valeamus. Ad correctionem igitur morum proficuumque fidelium et salutem in hoc sacro Concilio quod praesentialiter celebramus: Nos Eneus miseratione divina sanctae Terrachonae Ecclesiae Archiepiscopus ad futuram rei memoriam infrascriptas Constitutiones edidimus salubria continentes, fructus uberes Deo propicio in domo Domini allaturas, quas praedecessorum nostrorum constitutionibus adjungi praecipimus, et ipso approbante Concilio a cunctis nostrae Provinciae inviolabiliter observari, quarum tenores taliter describuntur.

1. Redemptionis nostrae memoriam recensentes in qua mortem nostram recolimus mortuam, nostramque interitum interiisse, ut Redemptoris misericordiam sentiamus propiciam, et in tot adversitatibus Clero subveniat pene lapso. sacro approbante Concilio ordinamus, quod cum dicetur canticum *Te Deum laudamus* in versu *Te ergo quaesumus tuis famulis subveni quos praetioso sanguine redemisti*, humili corde genuflexio semper fiat in tota nostra Provincia, ut Dei auxilium devotius postuletur, et cuilibet genua tunc flectenti, et etiam hiis qui lumen in manu tenuerint dum sacratissimum Corpus Christi in Missa, et Calix sanguinis Domini per Presbyterum, elevatur XL dies de injunctis sibi poenitentiis in praedictorum quolibet trium actuum in Domino relaxamus, ad praemissas remissiones et indulgentias concedendas in suis Dioecesibus venerabiles fratres nostros Episcopos in Domino exhortantes.

2. *De casibus commissis Presbyteris alter alterutrum confitentibus.*

Indultum Praesbyteris Missam volentibus cum puritate conscientiae celebrare de confitendo unus alteri dum non subest proprii copia sacerdotis, scilicet curati, suadente sacro Concilio ampliantes etiam ubi sacerdos proprius affuerit quotiens presbyteri Missam celebrandi propositum habuerint, de casibus minime reservatis confitendi et de confessis alter alterum absolvendi plenariam concedimus facultatem.

2. *Circa administrationem Baptismi.*

Evitantes pericula quae docente experientia contingunt in submergendos infantes in sacro fonte baptismatis saepius evenire, jubemus infantes huiusmodi per paternos seu suscipientes eosdem teneri et baptizandos cum aqua proferendo verba decentia per curatos seu eorum loca tenentes tantummodo balneari.

3. Quia per caerimonias quae per anni circulum ad Dei Laudem et cultus divini augmentum in Ecclesiis cathedralibus, collegiatis et aliis ubi est ultra numerum XII officiantium observantur, cum non in scriptis appareant quae quisque in qualibet Ecclesia facere teneatur, officii divini turbatio et frequenter scandala oriuntur, praecipimus in qualibet dictarum Ecclesiarum infra biennium fieri unum librum qui stet in choro Ecclesiae cum cathena, ubi omnia pertinentia ad dictum officium secundum usum Ecclesiae infra annum, et quis illa facere debeat, serius conscribantur.

4. *De capella quam facere tenetur quilibet Episcopus Provinciae Terrachonae infra terminum ex quo in Episcopum est assumptus.*

Decet nos et nostros suffraganeos ut simus, quantum a Deo concessum fuerit, forma gregis, ut quod nos praesidentes egerimus trahi possit a nostris subditis in exemplum. Dudum siquidem salubriter et consulte a nostris praedecessoribus in duobus conciliis fuit statutum ut nos et quicumque suffraganeus nostrae Provinciae ex quo in Episcopum sit assumptus infra triennium capellam unam de panno serico seu de auro, saltem valentem CCC florenos in Cathedrali Ecclesia facere teneamur: et quamvis ubi hoc non fiat sit appositae certa poena, veremur dicere et refferimus cum rubore, quod per nullos vel saltem paucos extitit observatum; ob quod cathedrales Ecclesiae or-

namentis decentibus sunt ut plurimum destitutae; Nos nolentes tantam ingratitude amplius tollerare, constitutionibus jam sub hoc editis in suo robore permansuris, in virtute sanctae obedientiae omnibus suffraganeis nostris, qui nunc sunt, injungimus quatinus infra sequens triennium a die huiusmodi in antea computandum, et eorum successoribus infra triennium, ex quo in Episcopos sint assumpti, eorum quilibet capellam praedictam in Cathedrali Ecclesia faciat, ut tenetur, vel CCC florenos deponat, nec per capitulum eis nisi pro jocali equivalenti et oblato plus Ecclesiae necessario remitti valeat quoquo modo. Si quis vero in hiis negligens fuerit seu remissus ex quo per capitulum Ecclesiae cui capellam facere est astrictus verbo vel scriptis per mensem ante fuerit requisitus, et capellam saltim dicti praetii Ecclesiae infra dictum triennium vel CCC florenos, vel modo quo supra jocale equivalentis cum effectu sit ei ingressus Ecclesiae interdictus, quem si per mensem sustinuerit excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. Praepositis vel administratoribus honorum mensae capituli nichilominus injungentes quod de Praebendis vel aliis juribus sibi ex consuetudine Ecclesiae debitis non respondeant, donec capellam fieri fecerint, seu jocale vel dictos CCC florenos deposuerint et assignaverint cum effectu: Alioquin excommunicationis incurrant sententiam ipso facto. Et ad observationem constitutionis huiusmodi nos et successores nostros, ordinante sacro Concilio, volumus obligari.

5. *Poenam non venientium ad concilia.*

Quamquam per praedecessores nostros provide fuerit statutum ut Episcopi et Praelati Provinciae Terrachonae vocati venire ad Provinciale Concilium teneantur sub certis poenis in antiquis constitutionibus jam contentis; quia eorum aliqui excusationem frivolam allegantes in veniendo sunt desides et remissi; sacro approbante Concilio, ordinamus quod quicumque Episcopus ad concilium auctoritate ordinaria evocatus non venerit, nisi talem excusationem habuerit quae averata medio iuramento per procuratorem per eum missum et ad hoc legitime constitutum per Concilium legitima fuerit reputata ultra statuta alias contra tales quae volumus in suo robore permanere, poenam C florenorum incurrat, quorum L. fabricae Terrachonae Ecclesiae, alii vero L. expensis communibus Concilii irremissibiliter applicentur. Inferiores vero Praelati et capitula sic remissi in poenam incidunt L., qui in duabus partibus modo simili applicentur. Contradicit Episcopus Gerundensis pro Praelatis suae Dioecesis, sed pro se concedit, sed Dominus Archiepiscopus et Concilium non admiserunt eius contradictionem.

6. *De recognoscendis feudis.*

Feuda vel potestates habentes in castris, locis, vel proprietatibus quibuscumque ut feudatariis contradicendi materia auferatur, praecipimus Praelatos et beneficiatos quoscumque ratione dignitatum vel beneficiorum talia feuda habentes, et ea recognosci facere quotiens feudatarii innoventur et de quinquenio in quinquenium potestates requirere teneantur.

7. *De rebus ecclesiasticis non alienandis.*

Hoc consultissimo prohibemus edicto, ne scribaniae, emolumenta, redditus, proventus, proprietates seu jura, quovis nomine nuncupentur, ad mensas dignitatum Monasteria, Capitula, Collegia, conventus vel ad beneficia quaecumque annexa vel pertinentia habentes, Nos Archiepiscopus, suffraganei nostri, inferiores Praelati, Capitula, Conventus, Dignitates vel beneficia habentes infra Provinciam Terrachonae etiam intervenientibus nostri seu suffraganeorum capitulorum et inferiorum Praelatorum Conventuum Consilio et assensu, etiam in recompensationem servitiorum Ecclesiae impensorum, vel ubi utilitatem Ecclesiae concernere videantur, alicui concedatur in perpetuum vel ad vitam, sive etiam ad beneplacitum, vel ultra triennium dari vel concedi valeat ullo modo. Nec etiam vicarias, bajulias, alcaydias, castellanias, carcellarias, sagionias, vel alia officia quocumque nomine censeantur per nos seu nostros suffraganeos, aliosque inferiores Praelatos, seu habentes dignitates vel beneficia Capitula, Collegia vel conventus ad quas seu quae dare pertineat officia ante dicta, alicui vel aliquibus, etiam consilio et consensu intervenientibus supradictis imperpetuum vel ad vitam, nec

ultra triennium assignare vel committere valeamus, nec sic commissa volumus post committentis obitum perdurare. Et si forsitan per ignorantiam, inadvertentiam vel alias per nos aut successores nostros suffraganeos, vel alios inferiores Praelatos seu habentes dignitates vel beneficia de facto contrarium fuerit attemptatum; sacro approbante concilio, tales concessionem, donationes vel assignationes irritas decernimus et inanes nulliusque efficaciam, roboris vel momenti. Contradicit Episcopus et procurator Capituli Gerundensis, et Procurator Episcopi Urgellensis; Procuratoribus Episcopi et Capituli Barchinonae placet absque tamen praedictis consuetudinis Ecclesiae Barchinonae, qua habetur quod Episcopus de bonis mensae Ecclesiae potest de consensu capituli alicui canonico de eius vita partem aliquam assignare.

8. Ut injuriae propulsentur quae crescente hominum malitia personis ecclesiasticis quotidie inferuntur, quia injuriati offensam vel per impotentiam non valentes, vel timorem cadentem in constantem virum prosequi non audentes, praestatur audacia malefactoribus delinquendi, jubemus quod in qualibet synodo per nos vel nostros suffraganeos celebranda, duo procuratores constituantur, qui in praedictis casibus injurias illatas beneficiatis de Dioecesi, vel in sacris ordinibus constitutis, propria culpa cessante pro interesse ordinis fuerit passus injuriam, vel etiam vita defunctus, ad cognitionem sui Praelati pro interesse ordinis clericalis prosequi teneantur.

9. Quaerelis percepimus plurimorum, quod ordinarii et eorum officiales ad partis instantiam excommunicationis sententia ex facto proprio innodatos absolvere non formidant, satisfactione parti ad cuius instantiam sunt ligati, et eorum assensu minime expectatis. Quod fieri inhibemus, statuentes ordinarios vel officiales talia attemptantes parti ad interesse nullo medio obligari. Contradicit Episcopus Gerundensis.

10. De procuratoribus fiscalibus.

Nonnulli procuratores fiscales eorum officio plus ad calumpniam clericorum quam ut corrigantur facinora abutentes, capitula contra clericos offerunt quae probari non possunt, super quibus se clericis defendentes pluries molestantur. Jubemus talia capitula contra clericum per officiales ecclesiarum nostrae Provinciae ullatenus non admitti nisi in principio sui officii juraverit offerens procurator capitula quae producet credere vera esse et posse etiam se probare.

11. Aprisia quae recipi debet ante quam contra delatum offerantur capitula vel alias molestetur, nisi timeatur de fuga vel flagrante crimine, capiatur non per procuratores fiscales sed per officialem sub excommunicationis poena recipi praecipimus, cum officium sit iudicis et non partis.

12. Quoniam aliqui curiosi disceptantes de hiis quae non multum expediunt, et plura sapere quam oporteat contra doctrinam Apostoli temere appetentes in dubitationem sollicitam vertere dinoscuntur, quod a nostris praedecessoribus provide noscitur statutum in constitutione incipienti *Ad reprehendam igitur*, statuentes et a summis Pontificibus confirmatum an nos et officialis noster Terrachonae requisiti per totam Provinciam observare vel observari facere valeamus constitutiones per praedecessores nostros editas contra captos, invasores personarum ecclesiasticarum, rerum ac bonorum et hominum eorundem, diffidatores, dampnificatores personarum ac bonorum Ecclesiae fautores et defensores raptorum et dampnificantium praedictorum: Nos sacro concilio requirente et unanimiter approbante, cupientes haesitationis materiam amputare declaramus quascumque constitutiones a praecessoribus nostris editas contra dictos raptos, invasores personarum ecclesiasticarum rerum ac bonorum et hominum eorundem, diffidatores, dampnificatores, receptores raptorum et dampnificantium praedictorum, Nos et officialis noster Terrachonae qui nunc sumus et pro tempore fuerint per quemcumque de Provincia et quotienscumque fuerimus requisiti contra quoslibet de Provincia, et qui infra eandem dicta crimina commiserunt seu quomodolibet deliquerunt, et etiam absque requisitione et ex officio pro nobis et Ecclesia Terrachonae ac canonicis eiusdem nostris et ipsorum familiaribus quibuscumque possimus libere per totam Terrachonae Provinciam observare et facere

observari; et secundum earum formam contra praedictos in quamlibet Dioecesim suffraganeorum nostrorum, et contra ipsorum subditos, et ad eorum requisitionem, et pro dictis delictis ibidem perpetratis procedere vel procedi facere super eis. Et super hiis nostri suffraganei et eorum officiales ac ipsorum subditi teneantur nobis seu officiali nostro nostrisque successoribus et eorum officialibus obedire, ne dum pro committendis in futurum contra constitutiones praedictas, imo pro hiis quae contra eas sunt etiam jam commissa: officiales et subditos dictorum suffraganeorum sacro approbante Concilio si in praemissis impedimentum praestiterint excommunicationis sententia innodantes, a qua nisi per nos et officialem nostrum absolutionis beneficium nequeant obtinere. Nulli ergo liceat declarationem huiusmodi interpretari, restringere vel arctare, si excommunicationis sententiam approbante Concilio per nos latam contra hujus antiqui statuti declarationem haesitantes. in dubium vertentes, seu etiam restringentes, cupiunt evitare.

13. Compellunt Domini temporales homines Ecclesiae in suorum territoriorum limitibus populos pro violariis et censualibus obligare, ex quo Ecclesiis dampna plurima subsequuntur; mandamus tales obligationes, sive principales, sive fideiussoriae per officiales ecclesiasticos amodo non admitti nisi prius suorum consensus interveniat Dominorum. Contradicit Episcopus Gerundensis.

Contra Posaderios.

14. Praesumpta temeritas nonnullorum abstinere nesciens a vetitis, nec debito modo gaudere permissis, digne compellit officium praesidentis ut ea quae frequenter a pluribus officialibus temporalibus in personarum ecclesiasticarum praeiudicium attemptantur, censura ecclesiastica compescantur. Sane licet privilegiis principum et alias hospitia Praelatorum, canonicorum et aliorum beneficiorum a servitutibus hospitem saecularium dominorum immunita coexistant; tamen nonnulli regii officiales seu aliorum dominorum temporalium posaderii per vim et violentiam compellant personas ecclesiasticas ad recolligendum curiales et alios venientes ad curiam seu loca ubi tales officiales iurisdictionem exercentes ad instar saecularium personarum pro libito voluntatis. Nos volentes huic morbo decenti remedio providere, sacro suadente Concilio, ordinamus tales officiales vel eorum vices gerentes et hospites invitatis dictis personis domos praedictas intrantes, si moniti verbo vel scriptis protinus dicta hospitia non exiverint, per loci ordinarium excommunicationis sententia innodari, et excommunicatos in Ecclesiis diebus continuis publicari, processum competentibus terminis aggravando, donec dicta hospitia indemnia ab immissis hospitibus absque redeundi animo fuerint relaxata, vel moram traxerit in eodem ad ordinationem sui superioris de dampno, interesse et injuria ut decebit.

15. *Quod sit in qualibet Ecclesia unus liber de illius juribus.*

Cupientes Ecclesiarum statui prospero providere, sacro approbante Concilio, ordinamus quod fiat in qualibet Ecclesia Cathedrali, Collegiata vel simplici nostrae Provinciae unus liber in quo instrumenta jurium, tam dignitatis principalis, quam aliorum beneficiorum ipsarum ecclesiarum, et eorum onera ad forma authentica ad expensas cuiuslibet beneficii serius conscribantur, qui infra quinquenium in sacristia vel sacrario cujuslibet Ecclesiae ad quam pertineat reponatur. Constitutionem de Capibreviis faciendis per quemlibet beneficiatum incipiente: *Quia rei evidentia docuit*, in suo robore permansura.

16. Cedit quidem in magnum Ecclesiae detrimentum quod Scribaniae, Vicariae, Baiuliae, Sagoniae, Carcellariae, Castellanae, Alcaydiae, et eorum fructus et emolumenta et officia, quocumque nuncupentur nomine consueta etiam per laycos gubernari quasi a mensis dignitatem et beneficiis ad quos dependent separata concedantur in perpetuum alicui vel ad vitam, cum ex concessionibus sequatur huiusmodi quod a pluribus impetrantur invitatis Praelatis et aliis beneficiatis ad quos talium beneficiorum dispositio pertinet et spectat, et per ingratos et dampnosos Ecclesiae multotiens talia officia gubernantur: Nos indemnitati Ecclesiae providens ut via ambitioni improbae praeccludatur, et ne concessionis huiusmodi in perpetuum fiant amodo vel ad vitam ipsas Scribanias; Vicarias, et ne concessionis huiusmodi in perpetuum fiant amodo vel ad vitam ipsas Scribanias; Vicarias,

rias, Baiulias, Carcellarias, Sagionias, Castellanas, Alcaydias et huiusmodi officia, quovis vocentur nomine, ne emolumenta illorum ab eis valeant separari Dignitatibus vel Beneficiis quibus talium officiorum dispositio noscitur pertinere, sacro approbante Concilio, annectimus et unimus.

CONCILIO DE TARRAGONA

DEL AÑO 1395.

El segundo concilio provincial de los celebrados por el arzobispo Eneco es el actual, que se tuvo en el año 1395, el día 20 de noviembre (a). Tampoco se sabe quienes concurren; pero tenemos íntegras sus seis constituciones, que contienen bastante novedad; aunque algunos puntos ya habian ocupado á los concilios anteriores. El sumario de los cánones es el siguiente: Primero; que son reos de las mismas penas contra los raptos, etc., de personas y cosas eclesiásticas los que causan heridas ó golpean atrocemente á tales personas: 2.º; Que los que prohiben vender, extraer ó enagenar los frutos de los beneficios quedan escomulgados, y su territorio, entredicho. 3.º; Que no se admita al concilio como procurador, sino al ordenado de mayores ó al religioso profeso. 4.º; Que se cese *a divinis* donde se hallen los que desafian á los prelados, etc., si en el término de diez días despues de la amonestacion no se arrepienten. 5.º; Que incurren en la multa de 50 libras los que amparan á los bandidos ó malhechores de la iglesia. Y 6.º; que los eclesiásticos esentos paguen la cuota que se les reparta en los concilios para emplearla en los negocios comunes de la provincia.

1. *Quod vulnerantes vel atrociter percutientes personas Ecclesiasticas incidunt in poenis contra raptos etc. declaratis.*

Provide attendentes quod raptos, deprædadores hominum, Ecclesiarum, ecclesiasticarum rerum, locorum religiosorum excommunicatione, sacro approbante Concilio, innodatur, et in poenae aggregationem in eorum præsentia cessatur etiam a Divinis; animadvertentes personas maiori quam res debere privilegio et immunitate gaudere, de communi totius sacri Concilii consilio et assensu statuendo declaramus, vulnerantes vel atrociter percutientes Praelatos, vel Vicarios eorum seu officiales vel Decanos, canonicos vel religiosos, vel alios clericos in sacris ordinibus, seu beneficiatos aut procuratores fiscales dictorum Praelatorum seu eorum officialium, dum tamen clerici soluti existant, subiacerere poenis et sententiis supradictis et in eorum præsentia cessare debere penitus a Divinis iuxta modum et formam qui in constitutionibus: *Item cum quidam*, et *Olim* contra invasores editas expressantur aliis poenis in iure et constitutionibus apposis nullatenus derogantes.

2. *Quod prohibentes vendere et extrahere vel alienare fructus Beneficiorum de terris suis excommunicationis, et terra ipsorum interdicti sententiis innodantur.*

Ex eo quia nonnulli temporale dominium obtinentes quamquam constitutione Provinciali quae incipit *Licet iniquum* etc. excommunicationem incurrant qui personis ecclesiasticis decimas, fructus provenientes ex beneficiis ecclesiasticis et locis eorum iurisdictioni subiectis, extrahi non permittunt, nec

(a) Ex Cod. in arch. eccles. Caelsonen. *inedito*.

libere eis, vendere vel alienare prohibentes, nec pro eorum utilitatibus seu necessitatibus, et suorum beneficiorum permittentes de dictis Decimis seu aliis fructibus facere liberam alienationem in quos volunt; obstinationem tamen et aliquali contemptu excommunicationem vilipendentes praedicta facere non obmittunt; ideo volentes ut ex dicta constitutione fructus aliquis habeatur, sacro concilio approbante, confirmantes dictam constitutionem ut metu gravioris poenae similia facere pertimescant, adicimus praedictae constitutioni, et statuimus quod quicumque temporale dominium obtinentes per quinque dies animo indurato praefatam excommunicationem sustinuerit, et requisitus infra spatium decem dierum a dicta requisitione in antea compulandorum a praedictis impedimentis non cessaverit, et desiterit cum effectu, loca seu castra et terra ipsius eo ipso sint supposita ecclesiastico Interdicto, a qua sententia excommunicationis nullatenus absolventur, nec Interdictum relaxetur, donec de injuria et dampnis propterea irrogatis satisfecerit competenter.

3. *Quod nullus admittatur in Concilio ut Procurator, nisi in sacris ordinibus constitutus vel religionem fuerit expresse professus.*

Cum nullus in ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis secularibus vel regularibus vocem habet in capitulo, etiam si hoc ab aliis libere concedatur, nisi saltem in subdiaconatus ordine fuerit constitutus; de consensu sacri Concilii duximus statuendum, ut nullus de cetero admittatur in Provinciali Concilio ut Procurator Capituli vel alterius personae qui in dicto concilio habet interesse, nisi in sacris ordinibus constitutus, vel ordinem regularem fuerit expresse professus.

4. *Propter diffidentes personas ecclesiasticas si infra decem dies post monitionem non revocerint, cessari debet a divinis.*

Quoniam ex poenis in constitutione incipienti *Praedecessorum nostrorum* etc. impositis contra diffidentes seu acuidantes Praelatos vel alias personas ecclesiasticas in dicta constitutione propter temporis malitiam et multorum proch dolor! pravitatem praefato morbo, ut deceat, non est usquequaque provisum, quominus Dei timore et poenis praefatis postpositis et spretis nonnulli diffidare seu acuidare personas ecclesiasticas in praefata constitutione contentas, et dictis diffidentibus dare consilium, auxilium vel favorem nullatenus vereantur. Idcirco quia crescente malitia debet crescere ipsa poena, adiciendo statuimus, quod si post monitionem factam personaliter vel publice in Ecclesia ubi domicilium habuerint diffidentes seu acuidantes praefati per Rectorem seu eius locum tenentem vel alium loco sui, de mandato Praelati ipsius Rectoris vel officialis eiusdem infra decem dierum spatium praefata acuidamenta seu diffidamenta non revocaverint cum effectu, ex tunc in Ecclesiis civitatum, villarum vel Locorum quamdiu praefati diffidentes seu acuidantes praesentes fuerint, cessetur penitus a Divinis, ut cessatur seu cessari debet in praesentia invassorum, raptorum et depre-datorum hominum, ecclesiarum, ecclesiasticarum rerum, et locorum religiosorum, aliis poenis in praefata constitutione contentis in suo robore duraturis.

5. *Quod sustinentes bannitos vel malefactores Ecclesiae incidant in poenam quinquaginta librarum.*

Quia ex constitutione incipienti *Cum summum bonum* etc. contra personas ecclesiasticas qui jurisdictionem obtinent temporalem in locis suis bannitos per praelatos vel alias personas ecclesiasticas sustinentes, fructus qui sequi sperabatur non fuit subsecutus, eo quia poena contrarium facienti non est imposita in eadem. Idcirco de consensu sacri concilii statuimus quod nullus Praelatus seu alia persona ecclesiastica in locis suis sustineat malefactores Ecclesiae seu bannitos sub poena quinquaginta librarum, in quam incidat ipso facto, si infra triduum postquam fuerit requisitus non remiserit dictos malefactores seu bannitos vel a sua jurisdictione expulerit, cuius poenae medietas personae ecclesiasticae requirenti, et alia medietas superiori immediate sustinenti dictos bannitos si habuerit in regno alias camerae apostolicae applicetur. Contradicit Praepositus Terraconae.

6. *Contra illos qui recusant solvere in tallis communibus Concilii.*

Juris alloquio non est ferendus qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat; et cum non-

nulli viri ecclesiastici exempti hujus Provinciae Terraconae qui praesidio constitutionum Provincialium defenduntur in tallis et contributionibus quae fiunt in Conciliis Terraconae pro negotiis communibus Provinciae partem suam solvere contradicant; sacro approbante concilio, statuimus quod quicumque exempti et non exempti solvere in dictis tallis de cetero contradixerint, praesidio dictarum constitutionum nullatenus tueantur, nec officiales nostri vel suffraganeorum nostrorum ad eorum instantiam processus aliquos dictarum constitutionum facere teneantur, donec partem illos contradicentes solvere in ipsis tallis contingentem una cum expensis integraliter solverint et complete.

CONCILIO DE TARRAGONA

DEL AÑO 1400.

Este es el tercer concilio provincial de los convocados por el Metropolitano Eneco en su palacio de la ciudad de Tarragona. En el código de que se ha sacado (a) hay contradicción en las fechas, pues en la rúbrica al principio, dice que fué en lunes 15 de marzo de 1406; y al final, en la publicación que de él se hizo, se lee que fué el año de 1400; y á esto nos atenemos. No dice los Prelados que asistieron, pero sus ocho cánones están minuciosamente razonados; y hasta sus epígrafes son mas largos de lo ordinario. I. Que bajo pena de excomunion no se dé particularmente nada á nadie fuera de las curias ó de los concilios generales, ni tampoco se prometa ó asigne, ni aun se dé esperanza de conceder ó asignar de los bienes ó derechos de la iglesia, ni á esta ni á los eclesiásticos, ni colectivamente á los sujetos que pertenecen á la ordenacion de toda la provincia. II. Que la constitucion relativa á los diezmos y primicias, que empieza: *Cum ad praestationem* se publique por los curas y rectores bajo la multa de diez sueldos, en todas las iglesias, en las cuatro festividades de Natividad, Pascua, Pentecostes y Asuncion de la Virgen, y que se denuncien como escomulgados por los párrocos los detentadores de estos diezmos y primicias. III. Que incurran en excomunion *ipso facto* los que ilícitamente se asocian contra la jurisdiccion eclesiástica, los cuales, si amonestados no se separaren en el término de diez dias, queden privados para siempre de sus beneficios. IV. Reproduce la doctrina contra los que se apoderan sin causa de los clérigos ó monjes. V. Que contra el que detiene á un sujeto, aunque notoriamente no sea clérigo, pero mediante informacion sumaria, se conoce que goza del privilegio clerical, se proceda como si fuera notoriamente clérigo. VI. Que los empleados seculares de la provincia Tarraconense no ocupen la jurisdiccion eclesiástica con engaño astuto, bajo las penas contra los invasores etc. VII. Que en adelante los rectores ó párrocos no admitan para oír de confesion á ningun religioso mendicante, de los casos reservados al obispo, sino hace constar lo que ordena. VIII. Que en tiempo de entredicho general y cesacion *a divinis*, cuando se eleva el cuerpo de Cristo en la misa se toquen tres golpes con la campana mayor de aquella iglesia; y otros tres al levantar el cáliz.

(a) Ex Código in Arch. ecclesiae Caesonensis: *Inédito*.
Tomo VI.

RUBRICAE ULTIMARUM CONSTITUTIONUM PROVINTIALIUM.

1. RÚBRICA: *Ne de bonis vel iuribus Ecclesiis vel ecclesiasticis et personis aut earum hominibus coniunctim ordinationem totius Provinciae pertinentibus quidquam particulariter extra curias vel concilia generalia detur, promittatur vel assignetur alicui vel spes concedendi vel assignandi detur ullo casu sub excommunicationis sententia lata.*

Exactiones calliditate quadam conceptas quae interdum subtili ingenio Ecclesiis et ecclesiasticis personis et earum statui dampnum afferunt et reypublicae tribuunt nocumentum quantum possumus computare, volentes Nos Eneus miseratione divina sanctae Terraconae Ecclesiae Archiepiscopus Provinciale concilium celebrantes omnes et singulas personas ecclesiasticas nostrae Provinciae etiam pontificali dignitate praeditas quidquam de bonis vel iuribus Ecclesiis vel ecclesiasticis personis aut earum hominibus coniunctim et in simul pertinentibus ordinationi totius Provinciae dantes et concedentes, promittentes vel assignantes, aut spem concedendi vel assignandi promittentes vel dantes alicui vel aliquibus ullomodo, ullo casu vel aliqua ratione quantumcumque ardua, particulariter tamen videlicet extra curias et concilia generalia excommunicationis sententiae approbante Sacro Concilio ipso facto decernimus subiacere. Capitula vero, collegia et conventus cathedralium et aliarum Ecclesiarum et Monasteriorum quibus praesunt, si in praemissis culpabiles fuerint, suspendimus a Divinis, quorum absolutionem et suspensionis relaxationem nobis vel successoribus nostris in Provinciali Concilio et non alias fienda reservamus.

2. *Quod constitutio de decimis et primitiis incipiens CUM AD PRAESTATIONEM in quatuor festivitibus per Rectores et curatos sub poena decem solidorum in qualibet publicetur Ecclesia, ac quod detentores huiusmodi Decimarum et Primitiarum per rectores denuncientur excommunicati.*

Licet in constitutione quae incipit *Cum ad Praestationem Decimarum* per bonae memoriae Fratrem Dominum Sanctium Archiepiscopum Terraconae praedecessorem nostrum edita super solutione Decimarum et Primitiarum salubriter sit provisum quod suffraganei nostri et eorum Vicarii et officiales in quatuor festis videlicet Natalis, Paschae, Pentecostes, et Beatae Mariae mensis Augusti, dictam constitutionem faciant quolibet anno publicari, dum in eorum Ecclesiis major fuerit Populi multitudo; quia tamen dicti suffraganei et eorum Vicarii generales et officiales in hiis fuerunt negligentes, ex quo tenor dictae constitutionis fere evanuit a mentibus subditorum, in Ecclesiarum ac personarum ecclesiasticarum praejudicium atque dampnum. Propterea quaerela super hiis ad nos perducta, approbatione sacri Concilii statuimus, quod Rectores et curati ecclesiarum Provinciae Terraconae dictam constitutionem in dictis quatuor festis publice et alta ac intelligibili voce in eorum Ecclesiis dum in ipsis ad Divina maior convenerit populi multitudo, publicent seu faciant publicari. Negligentes vel remissos in praedictis poenam decem solidorum, acquirendam videlicet medietatem Procuratori Fiscali sui Praelati, et aliam medietatem fabricae sedis eiusdem pro quolibet defectu incurere volumus ipso facto; injungentesque in virtute sanctae obedientiae Vicariis in spiritualibus, generalibus et officialibus principalibus ac foraneis seu Decanis nostris et dictorum Praelatorum quatinus detentores, occupatores et subtractores huiusmodi Decimarum et Primitiarum, cum eis constiterit, et inde fuerint requisiti debeant et teneantur per eorum districtus facere nuntiari et citari publice excommunicatos, tamdiu donec satisfactione praemissa absolutionis beneficia meruerint obtinere.

3. *Quod facientes collegia et congregationes illicitas contra iurisdictionem ecclesiasticam excommunicationem incurrant ipso facto, a quibus nisi moniti destiterint intra decem dies ipsorum beneficiis perpetuo sint privati.*

Inter curas innumeras quas pastoralis officii debitum humeris nostris imposuit, illas praecipue amplectimur et solvere cupimus per quas status et iurisdictione ecclesiastica illibata permaneat, et subditi ab illicitis actibus compescantur. Ad iudicium igitur nostrum veridica relatione deducto quod nonnulli cathedralium Ecclesiarum beneficiati et clerici singulares collegium non habentes et Parrochialium Ecclesiarum Rectores et Beneficiati Provinciae nostrae ordinariae disciplinae jugum abicere satagentes sub figmento obfuscae devotionis et utilitatis personarum et beneficiorum suorum quaesito colore collegia illicita et congregationes a iure reprobatae per se facere et procurare non formidant contra iurisdictionem Praelatorum eorum et Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium preminentias. erigere non verentes. Praemissa igitur tanto fortius detestantes, quanto ipso per exemplum paruerit et a iuris equitate sunt aliena; ac volentes praedictorum temerariam et efrenatam voluntatem justo retinaculo prohibere, omnes et singulos talia acceptantes vel fieri procurantes ipso facto approbante sacro Concilio excommunicationis sententiam decernimus subjacere. Et si moniti infra decem dies ab huiusmodi illicitis actibus non destiterint cum effectu, ipsos eisdem lapsis eorum beneficiis quae tunc temporis obtinuerint decernimus hoc edicto consultissimo perpetuo esse privatos per eos quibus ipsorum beneficiorum administrationem vel officiorum collatio expectet, aliis idoneis conferenda, aliis poenis contra talia peragentes in suo robore permansuris.

4. Justum quidem decernimus et necessitate compellimur Nos Enecus miseratione divina sanctae Terraconae Ecclesiae Archiepiscopus Provinciale concilium celebrantes quod in hiis quae sunt salubriter provisae, si declaratione vel adicione indigeant, prout experientia docuerit debite provisionis remedium opponamus. Cum itaque in modo procedendi vigore constitutionum Provincialium de invasoribus contra delinquentes in eis per nos approbatione sacri Concilii editae sit provisum quod contra detinentes notorie Clericum ut monachum, fratrem Minorem vel huiusmodi similem habitum regularem gestantem, si requisitus eum restituere noluerit sine aliqua informatione penae dictarum constitutionum contra eum declarentur, et de capto non notorie Clerico recipiatur informatio summaria, si est clericus gaudens privilegio clericali, et contra detinentem procedatur juxta tenorem decretalis, Si JUDEX de sententia excommunicationis lib. VI: adicimus sacri concilii approbatione et declaramus quod si per dictam informationem constiterit talem captum esse clericum gaudentem privilegio clericali contra detentorem eiusdem procedatur ad declarationem dictarum constitutionum, uti de notorio clerico est provisum.

5. *Quod contra detinentes Clericum captum etiam non notorie Clericum, ex quo per informationem summariam cognoscit ipsum gaudere privilegio clericali procedatur uti de notorio clerico in modo procedendi est provisum.*

RUBRICA: Item cum in constitutione per bonae memoriae Petrum Archiepiscopum Terraconae praedecessorem nostrum edita incipienti *Olim excommunicasse recolimus* caveatur quod quando principes malefactores, invasores et raptores rerum et honorum ecclesiarum et hominum ac locorum eorum fuerint in aliqua civitate vel Villa in eorum praesentia cessetur penitus a Divinis, et saepe acciderit quod quidam Domini civitatum vel villarum huiusmodi et eorum officiales qui depredati sunt dampna non sentientes, et ipsorum et Ecclesiae injurias quod in..... habentes malefactores praedictos multo tempore sustinuerunt quandoque in odium Ecclesiarum et dampna passorum praedictorum, ex quo delictorum eorundem esse videntur participes et consortes, dignumque reputemus quod tales etiam poenam sentiant, eorum sacri concilii approbatione adicimus et sancimus, quod si Dominus Civitatis, Villae, Castri aut Locis in quibus malefactores fuerint receptati vel eorum officialibus constiterit tales malefactores in eis fuisse per octo dies receptatos, nisi eosdem a suis Civitatibus, Castris, Villis vel Locis infra decem dies post dictos octo dies immediate sequuturos

requisiti eiecerint cum effectu, ita quod amplius ad ipsos vel ipsam vel iurisdictiones eorum non redeant: tales Domini et eorum officiales simili sunt excommunicatione ligati et in eorum praesentia, ut in fautoribus et receptoribus cessetur penitus a Divinis. Ab hac autem poena tantum excludimus Dominam Reginam et eorum Primogenitum et suam uxorem.

6. *Quod officiales seculares Provinciae Terraconae iurisdictionem ecclesiasticam callida fraude non occupent, nec ipsos capiant, alias incurrant poenas constitutionum de Invasoribus.*

RUBRICA: Quidam officiales temporales Provinciae Terraconae privilegium clericis conjugatis a sacris canonibus indultum quo pro excessibus seu delictis per eos commissis seu de quibus delati fuerint in personis et bonis de ecclesiastici iudicis foro existunt eis auferre, et ecclesiasticam iurisdictionem sibi usurpare callida fraude ut percepimus cupientes privilegium praedictum quoad personas dictorum clericorum restringunt; bona vero eorundem esse asserunt, licet fide de foro seculari, et hiis non contenti multociens dictos clericos in odium ecclesiasticae iurisdictionis capiunt, et eorum bona occupant, etiam de facto. Et cum ex hiis per ecclesiasticum iudicem proceditur contra eos pro dictorum bonorum constitutione, respondent et excipiunt contra veritatem quae dicta bona non recipiunt ratione delicti sed eo quia esse asserunt Domini temporales; et quod Dominus temporalis vult quod ipsa bona capiantur et occupentur per eosdem: Nos enim huic pernicioso abusu obviare, et ecclesiasticae iurisdictioni et ut illibata persistat providere debito remedio cupientes, approbante sacro concilio excommunicamus quoscumque officiales et personas, quacumque auctoritate vel potestate fungantur, talia acceptantes, et contra ipsos vel ipsas ut invasores et occupatores rerum et bonorum ac iurium Ecclesiae prout revera existunt procedi volumus et poenas constitutionum de Invasoribus, et eis decernimus locum habere, et etiam servandas.

7. *Quod Rectores et curati nullum religiosum mendicantem ad audiendum confessiones de casibus dignitati Episcopali reservatis nisi modo certo infra expresso admittant.*

Ut saluti animarum subditorum provideatur et religiosi mendicantes eis potestatem traditam absolventi in foro poenitentiali extendere non possint ultra quam eis concessum existat, sacro approbante concilio, statuimus quod de cetero rectores vel curati Dioecesis vel Provinciae Terraconae nullum religiosum mendicantem ad audiendum confessiones admittant in Ecclesiis vel Parochiis ad audiendum confitentes de casibus Pontificali dignitati reservatis, nisi dictus religiosus eis fidem fecerit per patentes litteras Dioecesani suo sigillo sigillatas de potestate quae habet audiendi et absolventi huiusmodi confitentes de casibus supradictis, quos exprimi volumus in litteris ipsorum quando litterae religiosi sufficientibus per ipsorum superiorem praesentatis Praelato vel eius generali Vicario, et non aliis, concedantur secundum Clementinam *Dudum de spulturis*. Quod quando dicti Rectores vel curati potestatem dicti religiosi populo eius commisso intimentur in Ecclesiis suis, priusquam admittatur ad confitendum subjungentes dictos populo quod de aliis casibus in eius litteris nullam habet potestatem. Si vero rectores vel curati dictos religiosos admiserint aliter quam est praemissum, et hanc constitutionem non servaverint, arbitrio suorum Praelatorum decernimus puniendos.

8. *Quod temporibus generalibus Interdicti ac cessationis Divinorum quando corpus Christi elevatur cymbalum maius cuilibet Ecclesiae sex ictibus pulsetur.*

RUBRICA: Redemptoris mortem recensemus et ipsius misericordiam imploramus quotiens Eucaristiae sacramentum reverenter, eique devotam et humilem reverentiam exhibemus. Ut igitur suam gratiam assequatur devotus populus christianus, statuimus sacro concilio suadente quod temporibus generalis Interdicti ac cessationibus Divinorum, quando Corpus Christi elevetur in qualibet Ecclesiarum Provinciae nostrae maius cymbalum corporis Christi tribus vicibus, in sanguinis eiusdem elevationibus, pulsetur, ut sic populus huiusmodi signo amonitus oret genuflexo et indulgentias quae rere valeat concessas, quodque oratio quando pronuntiant Ecclesiae, fiebat in qualibet Dioecesi con-

tinuetur et observetur. Si quis vero praedicta facere omiserit suorum Praelatorum arbitrio puniatur.

Lectae et publicatae fuerunt dictae constitutiones in sacro Provinciali Concilio celebrato in castro Archiepiscopali Civitatis Terraconae per Reverendissimum in Christo Patrem et Dominum Dominum Enecum miseratione divina Archiepiscopum Sanctae Ecclesiae Terraconae praesente toto sacro Concilio et praesentibus pro testibus venerabilibus viris Ludovico de Valterra Legum Doctore Vicario in spiritualibus et temporalibus generali ac officiali dicti Domini Archiepiscopi, Arnaldo de Mansionone Licenciato, Guillermo Antholini Bacallario in Decretis canonicis Terraconae, Fratre Johanne Alayna Monacho Sanctarum Crucum, Petro Ferrarii Presbytero Dioecesis Urgellensis, Francisco Banastull civi Terraconae, et Examino Dayturni Scutifero dicti Domini Archiepiscopi, die lunae inter eis intitulata XV Mensis Marcii anno a Nativitate Domini MCCCC et me Jacobo Rocha clerico Valentinae Dioecesis eiusdem dicti Domini Archiepiscopi secretario et Notario publico ac scriba concilii memorati.

CONCILIO DE TARRAGONA

DEL AÑO 1415.

Cinco constituciones tenemos (a) del concilio que se celebró en Tarragona á principios del año 1415; y decimos á principios porque fueron publicadas en la santa iglesia de Gerona el 17 de abril. No tiene ningun preámbulo: y desde luego empieza con la constitucion I. que ordena que se celebre una misa por las almas de los cofrades para acompañar al Santísimo Sacramento al dia siguiente de la octava del *Corpus*: mandato que venia ya desde el pontificado del Arzobispo Don Sancho; y cuya constitucion ya tenemos copiada: añade algunas particularidades. La II. tampoco es nueva, y se sancionó en los tiempos del metropolitano D. Pedro, para que los obispos y prelados inferiores, los vicarios ó sus oficiales no castigaran pecuniariamente mas de dos veces á los concubenarios. Lo mismo decimos de la III. para que los vicarios y oficiales principales del arzobispo y sufragáneos deban estar ordenados *in sacris*; y que de lo contrario sus actos, como tales, son nulos. La IV. ordena con la mayor piedad y sabiduría que tanto la curia arzobispal, como la de los sufragáneos de la provincia Tarracense tengan abogado y procurador para defensa de los pobres. La V. se ocupa en prohibir á los canónigos, beneficiados etc que lleven la ropa abierta por los lados, bajo ciertas penas.

1. RUBRICA. *Ut celebretur Missa pro animabus associantium Corpus Christi prima die post octavas festi eiusdem.*

Quia in constitutione Provinciali per bonae memoriae Dominum Fratrem Sanctium praedecessorem nostrum incipienti *Non incongruum reputamus* etc. fuit sancte et devote statutum ut in nostra Ecclesia Terraconae, et in aliis Ecclesiis Cathedralibus nostrae Provinciae et omnibus Ecclesiis Dioecesium praedictarum sexta die post festum sacratissimi Corporis Christi Missa sollempniter et honorifice celebretur pro animabus illorum qui dictum sacratissimum Corpus Christi cum ad infirmos portatur sociantur cum cereis, vel alias impendendo eidem reverentiam, devotionem pariter et honorem etc. Et dicta constitutio ut percepimus non servetur, ut deceret; parumque prosit statuta pro-

(a) Ex Cod. Cur. episc. Gerund.
Tomo VI.

mulgare et mandata fieri, nisi ad eorum observationem arceantur debite transgressores. Idcirco, sacro approbante concilio, mandamus in virtute sanctae obedientiae omnibus et singulis suffraganeis nostris, rectoribusque et curatis quarumcumque Ecclesiarum nostrae Provinciae, quatinus dictam constitutionem omnimode observent et faciant observari. Adicientes eidem quod rectores et curati in die festi memorati huiusmodi fiendam solemnitate denuncient plebibus suis. Et ut eo devotius ad interessendum in dicta Missa Christi fideles inclinentur quo uberiori dono gratiae conspexerint se relectos ob reverentiam dicti sacratissimi Corporis Christi omnibus vere poenitentibus et confessis, qui dictum Missae officium celebrabunt, et in eo intererunt quadraginta dies de injunctis sibi legitime poenitentiis in Domino misericorditer relaxamus, ad similes Indulgentias concedendas dictos suffraganeos nostros in eorum Dioecesibus etiam exortantes. Et quia sexta dies in constitutione prefixa frequenter plerisque causis recipit impedimentum, statuimus, approbatione dicti concilii, quod huiusmodi fiat officium prima dies post octavas ipsius festi. Quae si impedita fuerit ad sequentem non impeditam infallibiliter transferatur.

2. RUBRICA: *Ne Episcopi vel inferiores Praelati vicarii vel officiales eorum puniant concubinariorum ultra duas vices pecuniariter.*

Constitutionem per bonae memoriae Dominum Petrum praedecessorem nostrum editam super modo correctionis concubinariorum incipientem *Quavis ad decorem* etc. quam nonnulli causam editionis eiusdem non quaerentes Episcopos suffraganeos nostros dumtaxat et non alios Praelatos vel eorum inferiores ligari curiose interpretantur, ad quoscumque Praelatos, Vicarios et officiales principales, et quoscumque alios inferiores praesenti irrefragabili statuto, approbante sacro concilio, duximus extendendam; praecipientes in virtute sanctae obedientiae debere illam de coetero ab omnibus observari. Si vero contra formam dicti statuti quivis ex praedictis concubinariorum ultra secundam vicem duxerit pecuniariter puniendos, punitionis illius debitores effecti ad restitutionem tanquam de re penitus aliena se noverint obligatos, aliis etiam poenis super hiis apposis in suo robore duraturis. Adicientes etiam quod vicarii et officiales, procuratores et alii inferiores Episcopis scienter contrarium facientes excommunicationis sententiam ipso facto incurrant. Contradixit procurator Episcopi Gerundensis requirens ut possit offerre dissensum largius in scriptis; et Dominus Archiepiscopus et sacrum Concilium non admiserunt eius contradictionem.

3. RUBRICA: *Quod vicarii et officiales principales Domini Archiepiscopi et suffraganeorum suorum habeant esse in sacris. Alias actus eorum nulli efficiuntur.*

Hoc consultissimo prohibemus edicto sacri approbatione concilii praeteritis moniti exemplis quod nos neque suffraganei nostri vicarios vel officiales principales nisi in sacris fuerint ordinibus constituti in nostris et eorum Dioecesibus nullatenus teneamus. Et si contrarium fiat omnes actus qui per dictos vicarios et officiales in sacris ut praedicitur non promotos inde fient, sint ipso jure nulli.

4. RUBRICA: *Quod Dominus Archiepiscopus et Episcopus Provinciae Terraconae teneant advocatum et Procuratorem pauperum.*

Super egenum et pauperem intendentes cum pleraeque viduae et pupilli et aliae miserabiles personae propter indigentiam et pauperiem nequeant agendo vel defendendo ducere causas, et sic eorum jura pereant indefensa: Ea propter, cupientes, sicut tenemur, indigentibus aperire viscera caritatis, statuimus et ordinamus, sacro concilio approbante, quod nos et quilibet suffraganeorum nostrorum in curiis nostris et eorum Advocatum et Procuratorem pauperum constituere ordinarie et continue teneamur, quibus de mensa nostra et ipsorum suffraganeorum in suis Dioecesibus de competenti salario satisfiat. Quiquidem Advocatus et Procurator pauperum teneantur advocare et procurare in dictis Curiis solerter et diligenter causas dictarum pauperum personarum, illarum scilicet qui ab ipso Vicario vel officialibus suis vere pauperes fuerint inventae, summaria informatione recepta. Et eisdem advocato et procuratori expresse ut pauperes fuerint notefactae, nichil ab eis quo-

vis colore vel modo inde recipientes, sed constituto eis per nos et dictos suffraganeos nostros in suis Dioecesibus salario sint contenti, ultra quod labores eorum cum multiplicato fructu retribuet infallibiliter eis ille qui honorum retributor et omnium et pauperum fideiussor. Contradixerunt Procuratores Episcopi Barchinonensis, Episcopi Gerundensis, Episcopi Illerdensis, Episcopi Urgellensis, et Episcopi Vicensis; Et Dominus Archiepiscopus et concilium eorum non admiserunt contradictionem.

5. RUBRICA: *Super vestibus canonicorum et clericorum ne sint fissae in lateribus atque retro.*

Sacrorum canonum imitantes statuta, sacro concilio approbante, statuimus quod nullus canonicus, religiosus vel saecularis in quacumque dignitate vel officio constitutus, aut clericus beneficiatus, vel in sacris ordinibus constitutus audeat portare vestes superiores retro aut in lateribus fissas. Contrarium vero facientes perdant vestes fabricae Ecclesiarum in quibus resederint vel pauperum usibus ipso facto per ordinarium applicandas.

Praedictae constitutiones fuerunt publicatae in Ecclesia Gerundensi die XVII. mensis Aprilis anno a nativitate Domini MCCCCXV. qua die synodus Abbatum, Praepositorum, Priorum et aliorum Clericorum Civitatis et Dioecesis Gerundensis in dicta Ecclesia, ut moris est, erat debite congregata. Quae publicatio de mandato honorabilis et circumspecti viri Domini Petri de Boscho, Bacallarii in Decretis Presbyteri de Capitulo Ecclesiae Reverendi in Christo Patris et Domini Domini Raymundi Dei gratia Episcopi Gerundensis fuit facta alta voce et intelligibili per me Anthonium Migani Clericum et Notarium publicum dicti reverendi Domini Episcopi Gerundensis.

ESTRACTO DEL

CONCILIO CONVOCADO POR D. DALMACIO DE MUR ARZOBISPO DE TARRAGONA EL AÑO 1424: ESCRITO POR DON DALMACIO DE RASET ARCEDIANO DE LA SANTA IGLESIA DE GERONA Y SINDICO DE SU CABILDO EN ÉL (a).

D. Dalmacio de Mur Arzobispo de Tarragona despachó la convocatoria para tener y empezar el concilio provincial el 19 de junio de 1424. Su vicario general Pedro Oller por comision suya, porque el Arzobispo estaba en Castilla enviado por el rey de Aragon, le prorogó al 8 de agosto siguiente; y en este dia estando de vuelta el arzobispo le prorogó al 21: el 18 llegó á Tarragona Dalmacio de Raset arcediano mayor de Gerona, procurador del cabildo, y Redactor del Diario del concilio.

El 20, despues de la misa se dijo un Oficio y al fin dió la bendicion el arzobispo, todo con asistencia de los obispos de Lérida y Vique, Abades etc. El 21, se suscitó disputa sobre prece dencia entre los procuradores de los obispos y de los cabildos contra los abades, porque aquellos querian sentarse á la izquierda del arzobispo, y no querian sufrir que los abades la ocupasen, se quedó en que se deliberaria sobre esto.

El 23, El obispo de Vique y el Procurador de su cabildo pidieron que no se admitiese en el concilio al abad del Estany, colegiata suprimida; porque era escomulgado y denunciado; y el Arzobispo respondió que si por medio de la absolucion, ó en otra suerte podia admitirse, que se admitiese: y se dejó esto para tratarse despues. Se resolvió que en la procesion del dia siguiente

(a) Está en libro de En—Calzada pág. 451. en el archivo de la Santa Catedral de Gerona.

vaya el arzobispo con diácono, subdiácono y gremial, los obispos con capas pluviales y familiares, y los procuradores de obispos y cabildos con sobrepellices y almuzas. Otra disputa: el arcediano de Cartagena llamado Palomar y Antonio Sanz canónigos y procuradores del cabildo de Valencia querian ser admitidos; se les negó porque solo debia asistir un procurador, y quedó esto suspendido para despues.

A la procesion asistieron el arzobispo, los obispos de Lérida, Gerona, Tortosa y Vique, Juan Gasco procurador del obispo de Valencia, Ferrario de Podiolo ó Despujol procurador del de Barcelona. Agustin procurador del de Urgel y los procuradores de los cabildos de todas las dichas Iglesias y de los abades de Santas Cruces, y de Ager: celebró de pontifical el arzobispo, dijo el sermón, etc.

Por la tarde se examinaron los poderes, se declararon contumaces en general á los que no comparecieron, y que se procediese contra ellos. Todos los abades del obispado de Gerona estaban en el caso, pues ninguno se presentó.

El 29 despues de altercar los procuradores de los cabildos sobre los asientos, se dijo al arzobispo que declarase los lugares, dejase la declaracion en el registro, la guardase secreta, y que no se publicase hasta el concilio provincial venidero.

Se resolvió que solo podia asistir un procurador del obispo, y un procurador del cabildo de Valencia: los dos que habia nombrado el obispo, eran Simon Salvador, y Juan Gascó, y los del cabildo Antonio Sanz y Palomar: quedó por el obispo, Gascó, y por el cabildo Sanz.

Se quejó el arzobispo de los abades y priores de la diócesis de Gerona porque no habian comparecido siendo llamados, y que el obispo no habia cuidado de pasarles el aviso; que esto era agravio del concilio, y de tan mal ejemplo que ya eran tan pocos los abades que habia en este. Puesto que segun las constituciones debian comparecer habian contracedido, pero no habian proseguido la instancia, habian comparecido despues en otros concilios, resultaba que debian comparecer, y sino, proceder contra ellos á la ejecucion de las penas impuestas: que se consultase si habian asistido á otros concilios, y hecho se resolveria. Se halló que comparecieron cuatro ó cinco al concilio tenido por el arzobispo D. Inigo in Vallibus, (acaso la villa de Valls cerca de Tarragona,) siete ú ocho al que tuvo el arzobispo por autoridad apostólica y Bula de Benedicto, y aun cuatro ó cinco á otro muy antiguo en tiempo del arzobispo Clascarino. Se resolvió que: asi de derecho como por costumbre debian comparecer, que se citasen de nuevo, y que aunque el obispo no debiera citarles porque habia sido negligente, sin embargo que les citase, y sino lo hacia, que se dirigiese la citacion á los mismos abades y priores.

Traslacion del cadáver de D. Pedro de Sagarriga arzobispo de Tarragona.

El viernes 1.º de setiembre se trasladó el cadáver, que estaba depositado en la iglesia de Dominicos, adonde habia sido traído desde Barcelona, en procesion compuesta de los obispos, abades y procuradores de los cabildos; los dominicos iban á la derecha mezclados con los canónigos y beneficiados de la catedral, y los Franciscos á la izquierda del mismo modo: el Veguer y los Consules de la ciudad tenian los cabos *dels draps de or*, que cubrian el cadáver: al fin seguia la gente del campo de Tarragona y cerraban la procesion las mugeres. Se repartieron 200 velos á los Albaceas, 100 al arzobispo, 50 al obispo de Lérida, 50 al de Gerona, 50 al abad de Monserrate, 50 al ayuntamiento y ciudad de Tarragona y 100, á la gente del campo.

El cadáver fué enterrado delante de la puerta del Claústro.

Proposicion hecha al concilio por el arzobispo.

El arzobispo dijo que antes habian de jurar guardar secreto; y que como eran muy árduos los negocios que habian de tratarse, habia de ser bajo la pena de excomunion: los procuradores de los cabildos no querian esto porque decian, era preciso dar parte á sus cabildos de lo que se tratase, y esperar sus instrucciones, y lo que se podia era manifestarles la excomunion amenazada si revelaban algo, enviándoles copia de este acuerdo se dejó este punto para despues.

